

87

95

Q. 87

193

R. 29

3/10

may que me darte
a castiunora

mi por
mayado

22
de la

22
de la
de la

de la
de la
de la



quanto pue deser en
de amanajado y
quando de la may dia may
quando de la may dia may
quando de la may dia may


y as pero de todos sus negocio

2 2 2 2 2 2
2 marabe dip 2 2

Compre cum valemo, y esta
da de vros dias. a la aljube n re
a Com ho. de de dia per.

Idel ayuntamiento de Probacion de
Nuy de Sevilla.





tiffemur. ecce aliquot noua Emblemata ad nos
 mittuntur, ab Autore ipso superioribus addita.
 Has in eundem & proprium quaq; ordinem velu-
 ti superiora redegimus: quibus etiam, & aliis
 nonnullis prioribus, in quibus imagines desidera-
 bantur, figuram appinximus, quoad fieri potuit,
 aptissimè. Superiora etiam Emblemata partim
 iniquitate auctoris ipse, partim emendatiora, &
 melius conformata reddidit. Qua omnia postre-
 ma hac nostra editione in opus unum, quod quan-
 to locupletius, tanto sit perfectius, exhibemus. Quis-
 quis igitur & sententia breuis acumine, & festi-
 uitate, in rebus suis decorare volet: ex hoc libello
 abunde habiturus est, unde sibi desumat quod ad
 rem quamlibet accommodari posse videatur, id-
 que promptissimè, & facillimè, adaptato nimi-
 rum suo commento ad summa rerum genera, &
 singulas generum formas suo quâsque ordine di-
 spostas, iuxta rerum naturalem seriem, & usum
 communem. Quarum etiam index tabula subie-
 cta est, ubi uniuerso, à multis, & magnis, quibus
 vitiatum erat, mendis expurgato, & planè resti-
 tuto τὸ αὐτόγραφον.

...natio nat... ..



D. AND.
ALCIATI EMBLE-
MATA DENVO AB
iplo Autore recognita, ac
quæ desiderabantur, ima-
ginibus locupletata.

*Accesserunt nova aliquot ab
Autore Emblemata suis quoque
eiconibus insignita.*

LUGDVNI,
APVD
GVLIELMVM
ROVILL.

M. D. LXVI.



Handwritten signature: H. George Junger

Expuzado conforme al Cambio de
150) por Comisión de los Sres. Inquisi-
tores = Joseph de Jaraiz

ROVILL
GALLIEMAN
1792




M. D. LXXV.

AD LECTOREM.


SYMBOLATA illa pulcherrima Andreae Alciati, Patricij Mediolanensis, Jurisconsultorum eloquentissimi, & eloquentium Jurisconsultissimi, quae vir ille nunquam ab literis feriatas, dum a severioribus legum studiis respirat, & humanae literaturae Musis amoenioribus recreatur, ludendo effudit à propriis, non à voluntatibus, prout varium, vel sensibus externis, vel commutationibus internis, sese offerebat argumentum. Ea nos sub generalibus praecipuarum rerum capitibus in locos communes, tanquam in certas classes digesseramus: à summis, ad ima progredientes. Non eo sane consilio, ut Autore ipso in oeconomia sui operis, aut diligentiores, aut concinniores videri studeremus: sed ut illius usus, in communes usus adduceremus, eius operis duplici habita ratione, voluptatis nimirum, & utilitatis. Priore quidem, ut speciosior quaedam operis forma extaret oculis legentium, singula suo quoque collocata loco considerantium. Composita namque sparsis, & ordinata confusis, fere solet apparere pulchriora. Altera autem, ut facilius, & proptius esset quaerentibus inuenio. Etenim expeditius




4



est, diuersi res generis in suum quasque ordinem & locum dispositas: quam in turbam, temere congestas inuestigare, si quando us opus habemus utendū. Porro usus Emblematum, præter gratiam, ac voluptatem ex iucunda nouitate, quæ tedium lenat, breuem sententiæ argutiam, quæ animum pungit, numerosam versuum suauitatem, quæ aures mulcet, τὸν εὐόωρον picturam non inanem, quæ oculos pascit. Etiam ille (inquam) usus est, ut quoties rebus vacuis complementum, nudis ornamentum, mutis sermonem, alogis rationem tribuere, aut certè assingere velit quispiam, is ex Emblematum libello, tanquam ex promptuario instructissimo habeat quod domesticis parietibus, vitreis fenestris, aulaeis, peristromatis, tabulis, vasis, signis, anulis sigillaribus, vestimentis, mensæ, fulcro, armis, gladio, supellectili denique omni, nusquam non inscribere, & impingere possit: ad hoc scilicet, ut usquequaque loquax, & aspectu iucunda sit rerum ad usum communem spectantium facies. Quare & ipse Alciatus, sua hæc epigrammata appellatione convenientissima inscribi voluit Emblemata. Sunt enim Emblemata vermiculata opera ex tessellis insititiis apta & composita, interprete Budeo, quod & ipsa vocabuli Græci origo ostendit. Verùm quum hæc omnia superiore editione præsti-





tissemus, ecce aliquot noua Emblemata ad nos
mittuntur, ab Autore ipso superioribus addita.
Hæc in suum & proprium quæq; ordinem velu-
ti superiora redeimus: quibus etiam, & aliis
nonnullis prioribus, in quibus imagines desidera-
bantur, figuras appinximus, quoad fieri potuit,
aptissimas. Superiora etiam Emblemata partim
immutauit Autor ipse, partim emendatiora, &
melius conformata reddidit. Quæ omnia postre-
ma hac nostra editione in opus vnum, quod quan-
tò locupletius, tãtò sit perfectius, exhibemus. Quis-
quis igitur & sententia breuis acumine, & festi-
ua imagine res suas decorare volet: ex hoc libello
abunde habiturus est, unde sibi desumat quod ad
rem quamlibet accommodari posse videatur, id-
que promptissimè, & facilimè, adaptato nimi-
rum suo commento ad summa rerum genera, &
singulas generum formas suo quæsq; ordine di-
spositas, iuxta rerum naturalem seriem, & usum
communem. Quarum etiam index tabula subie-
cta est operi vniuerso, à multis, & magnis, quibus
vitiatum erat, mendis expurgato, & planè resti-
tuto *ναίλα τὸ ἀυτοῦ γράφορ.*

CLARISS. VIRI
ANDR. ALCIATI IN LI-
BRVM PRIMVM EMBLE-

matum præfatio, ad Chonra-
dum Peutingerum Au-
gustanum.




*Dum pueros in glans, iuvenes dum tessera fallit,
Detinet & segnes chartula picta viros:
Hæc nos festinis Emblemata cudimus horis,
Artificum illustri signaque facta manu:
Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmas,
Et valeat tacitis scribere quisque notis.
At tibi supremus preciosa nomismata Cesar,
Et veterum eximias donet habere manus.
Ipse dabo vati chartacea munera vates,
Quæ (Chonrade) mei pignus amoris habe.*



EMBLEM. DEDIC. L

Ad Illustris. Maximil. ducem Mediol. su-
per insigni ducatus Mediol.




*Exiliens infans sinuosi è fancibus anguis,
Est gentilitis nobile stemma matris.
Talia Pelleum gessisse nominata regem,
Vidimus, hisque suum conclebrasse genus.
Dum se Ammone satū, matrē anguis imagine
Divini & sobolē seminis esse docet. (Iusam,
Ore exit, tradunt sic quosdam enitier angues,
An quia sic Pallas de capite orta Iouis?)*



Mediolanum.



Bituricis vernex, Heduis dat Sucula signum.
His populis patria debita origo mea est,
Quam Mediolanam sacram dixere puella
Terram: nam vetus hoc Gallica lingua sonat.
Culta Minerva fuit, nunc est, ubi numine Tecla
Mutato matris virginis ante domum.
Laniger huic signum sus est, animalque biforme,
Acribus hinc setis, lanitio inde levi.



Bergonia

milan

3: Nunquam procrastinandum.



ALCIAT Æ gentis insignia sustinet Alce, ³
 Vnguibus & undep fert avabaddómevos.
 Constat Alexandrum sic respondisse roganti,
 Quí tot obiisset tempore gesta breui?
 Nunquam (inquit) differre volens, quod & indicat
 Alce
 Fortior hac dubitet, ocyor áne fiet.

DEVS, SIVE RELIGIO.

In Deo lætandum.

4

ΓΑΝΥΣΘΑΙΜΗΔΕΣΙ,



GANYMEDES.

*Aspice ut egregius puerum Iouis alite pictor
 Fecerit Iliacum summa per astra vehi.
 Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?
 Dic, hæc Mæonius sinxerit vnde senex?
 Consilium, mens atque Dei cui gaudia præstau:
 Creditur is summo raptus adesse Ioui.*

Sapientia humana, inutilita est apud Deum.



Quid dicā: quonā hoc cōpellem nomine monstrū
 Biforme: quod non est homo, nec est draco?
 Sed sine vir pedibus, summis sine paribus anguis
 Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.
 Anguē pedit homo, hominē eructavit & anguis,
 Nec finis hominis est, initium nec est fera.
 Sic olim Cecrops doctis regnavit Athenis,
 Sic & gigantes terra mater protulit.
 Hac vosfrūm est species, sed religione carentem,
 Terrena tantum quique curet, indicat.



Ficta religio. 6



*Regali residens meretrix pulcherrima sella,
 Purpureo insignem gestat honore peplum.
 Omnibus & latices pleno è cratere propinat,
 At circum cubitans ebria turba iacet.
 Sic Babylona notant: qua gentes illice forma,
 Et ficta stolidas religione capit.*



7 Non tibi, sed religioni.



*Isidis effigiem tardus gestabat asellus,
 Pando verenda dorso habens mysteria.
 Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
 Piasque genibus concipit flexis preces.
 Ast asinus tantum prestanti credit honorem
 Sibi, & intumescit admodum superbiens:
 Donec eum flagris compescens dixit agaso,
 Non es Deus tu (aselle) sed deum vehis.*

Quà Dij vocant eundum. Q



*In trivio mens est lapidum: superminet illi
 Trunca Dei effigies, ped' ore facta a cruce,
 Mercurii est igitur tumulus. Suspende viator
 Seta Deo: rectum qui tibi monstrat iter.
 Omnes in trivio sumus, atque hoc tramite vita
 Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.*

*In omni actu sequenda est natura Dux optima, quæ Dei
 est ordinatio & vocatio.*

7. VIRTUTES.


FIDES.

Fidei solum.




Stet depictus Honor Tyrio velatus amictu,
 Eiusque iungat nuda dextram Veritas.
 Sitq; Amor in medio castus, cui tempora circum
 Rosa ut, Dionis pulchrior Cupidine.
 Constituunt haec signa fidem, reuerentia honoris
 Quam fouet, alit Amor, parturitq; Veritas.

Fœdera.



Hęc citharam, à lēbi que forma halientica fertur,
 Vendicat & propriam Musa Latina sibi,
 Accipe Dux: placeat nostrū hoc tibi tēpore munus
 Quo noua cum sociis fœdera inire paras.
 Difficile est, nisi docto homini, torrendere chordas
 Unaque si fuerit non bene tenta fides,
 Ruptaue (quod facile est) perit omnis gratia cōcha,
 Illeque præcellens cantus, ineptus erit.
 Sic Itali cœunt proceres in fœdera, concors
 Nil est quod timeas, si tibi constet amor.
 At si aliquis desciscat (vti plerunque videmus)
 In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

li
Silentium.



*Cum tacet haud quicquam differt sapientibus amens.
Stultitia est index linguaque, voxque sua.
Ergo premat labias: digitoque silentia signet:
Et sese Pharium vertat in Harpocratem.*

Prudentiam hominis, aut stultitiam, sermo arguit.


Non vulganda consilia. 15



*Limine quod ceco, obscura & caligine monstrum
Gnosiacis clausit Dedalus in latebris:
Depictum Romana Phalanx in praelia gestat,
Semiviroque nitent signa superba boue,
Nōsque monent, debere ducum secreta latere
Consilia: auctori cognita techna nocet.*

Consilia in rebus maximè bellicis sunt occultanda.

13 Nec quaestioni quidem cedendum.



*Cecropia effictam quam cernis in arce Leanam,
Harmodij (an nescis hospes?) amica fuit.
Sic animum placuit monstrare viraginis acrem
More fera; nomen vel quia tale tulit.
Quod fidibus contorta, suo non prodidit vllum
Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.*

*Meretricis exemplo amatoribus etiam per tormenta fide,
constantiz plusquam virilis ostenditur imago.*

Consilio, & virtute Chimæram superâri,
id est, fortiores & deceptores. 14



*Bellerophon (ut fortis eques) superare Chimæram
Et Licet potuit sternere monstra soli.
Sic tu Pegaseis vectus petis æthera pennis:
Consilioque animi monstra superba domas.*

Bellerophontis fabula, qui Chimæram inaccessum mon-
tem superavit: docet dextima consilia viribus præstare in
iis conficiendis, quæ difficillima videntur.

15


Vigilia, & custodia.



*Instantis quòd signa canens det gallus Eoi,
 Et revocet famulas ad nova per sa manus:
 Turribus in sacris effingitur, area mentem
 Ad superos pelvis quòd revocet vigilem,
 Est leo sed custos oculis quia dormit apertis:
 Templorum idcirco ponitur ante fores.*

Duobus istis Animalium A galmatis ad templa statutis,
 admonetur Ecclesiasticus Pastor, gregem sibi commissum
 vigilantissimè custodire.

Νάπε γὰρ μίμνος' ἀπιστέμ, ἀγθζα ταύτα τ' φροσῶν 16
 Sobriè viuendum: & non temerè credendum



*Ne credas, ne (Epicharmus ait) non sobrius esto
 Hi nerui, humana membræque mentis erunt:
 Ecce oculata manus credens id quod videt. Ecce
 Pulegium, antiquæ sobrietatis olus,
 Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,
 Mulserit & tumida seditione grauem.*

Ebrietatis temulentia, & credulitatis temeritas, à sapiente
 absint. Oculus in vola manus, Certitudo est rerum sensu per-
 ceptarum. Pulegium vero fiti, & vinolentiæ contrarium.

πῶς παρήβην? τί ἤεργασα? τί μοι διορ, ἔτι τελεῖσθαι
 17 Quid excessi? quid admisi? quid omisi?



*Italica Samius secta celeberrimus autor
 Ipse suum clausit carmine dogma brevis,
 Quò prater gressus? quid agis? quid omittis agendum?
 Hanc rationem urgens reddere queng, sibi.
 Quod didicisse gruum volitantū ex agmine fertur.
 Arreptum gestant qua pedibus lapidem,
 Ne cessent, neu transversas mala flamina rapient.
 Qua ratione hominum vita regenda fuit.*



Prudentes, Problema.

19



*Iane bifrons, qui iam transacta, futurâque calles,
 Quique retrosannas (sicut & antè) vides,
 Tot te cyroculis, tot fingunt vultibus? an quòd
 Circumspectum hominem forma fuisse docet?*

Sapientia sedem habet in capite. Proinde biceps Ianus
 sapientem signat: cui est præteritorum memoria, & futu-
 rorum prouidentia.

Prudens, magis quàm loquax.



*Noctua Cecropius insignia præstat Athenis,
Inter aues sani Noctua consilij.
Armifera meritò obsequijs sacrata Minervæ est,
Garrula quo cornix cesserat antè loco.*

Noctua tacitæ prudentiæ nota erat Athenis, sapientiæ studio nobilibus. Nam vt noctua parum admodum vocalis est, at in tenebris oculatissima. Sic & prudens verborum vir est paucorum, & in obscuris perspicax.

Maturandum.


28



*Maturare iubent properè, & cunctarier omnes.
 Ne nimium præcep, neu mora longa nimis.
 Hoc tibi declaret connexum echeneide telum,
 Hæc tarda est, volitant spicula missa manu.*

In omni aetate necessaria est maturitas, virtus inter nimiam celeritatem, ac tarditatem media, quæ Echeneide, concha naucs remorante, & volucris iaculo figurantur.

24 VINO prudentiam augeri.



*Hec Bacchus pater, & Pallas communiter ambo
Templa tenent, soboles utraque vera Iouis:
Hec caput, ille femur soluit: huic usus oliui
Debitus: inuenit primus at ille merum.
Iunguntur merito quod si qui absternius odit
Vina: Dea nullum sentiet auxilium.*

Minerua doctorum ingeniorum praeses, Bacchus vini,
vtriusque largitor Deus. Bonum autem vinum acuit inge-
nium, si moderate sumatur.



Prudentes vino abstinent.

22




*Quid me vexatis rami? sum Palladis arbor:
 Auferte hirc botros. virgo fugit Bromium.*


Sapientes, praesertim feminae, à vino temperent.



In statuam Bacchi.
DIALOGISMVS.



Bacche pater : quiste mortali lumine nouit?
 Et docta effinxit quis tua membra manu?
 Praxiteles, qui me rapientem Gnosica vidit,
 Atque illo pinxit tempore qualis eram.
 Cur iuuenis, teneraque etiam lanugine vernat
 Barba, queas Pylum cum superare senem?



*Muneribus quandoque meis si parcere disces
 Iunior, & forti pectore semper eris.
 Tympana non manibus, capiti non cornua desunt.
 Quos (nisi dementeis) talia signa decent?
 Hoc doceo, nostro quod abusus munere sumit
 Cornua: & insanus mollia sinistra quatit.
 Quid vult ille color membris pene igneus? (omen
 Absit) an humanis vreris ipse focus?
 Cum Semeles de ventre parens me fulmine traxit
 Igniuomo: infectum puluere mersit aquis.
 Hinc sapit hic, liquidis qui nos bene diluit undis:
 Qui non ardenti torret ab igne iecur.
 Sed nunc me doceas qui vis miserier? & qua
 Te sanus tutum prendere lege queat?
 Quaarantē addat aqua, calicem sumpsisse falerni
 Qui cupit, hoc sumi pocula more iuuat.
 Stes intra heminas: nam qui procedere tendit
 Ultra: alacer, sed mox ebrius inde furit.
 Res dura hac nimium, sunt pendula guttura, dulce
 Tu fluis. Heu facile commoda nulla cadunt.*

Temulentia senium accelerat, sensus hebetat, intestina
 adurit. Quare vino exigua mensura parcendum, & idem
 aqua diluendum.



14

Gramen.



*Gramineam Fabio patres tribuere corollam,
 Fregerat ut Pœnos Hannibalémque mora.
 Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,
 Vulgò aiunt, pullos sic fouet illa suos.
 Saturno Martique sacrum, quo Glaucus a deo
 Polybides, factus creditur esse Deus.
 His meritò arguitur nodistutela. salúsque
 Herbâque tot vires hac digitalis habet.*

Nec verbo, nec facto quenquam lædendum. ²⁰⁵




*Asequitur, Nemesisq; virum vestigia servat,
 Continet & cubitum, duræque fræna manu.
 Ne malè quid facia: nève improba verba loquari
 Et iubet in cunctis rebus adesse modum.*

Nemesis Dea est malè actorum, aut improbè dictorum
 vindex, cuius formido manum à maleficio, linguam à ma-
 ledictio cohibet.



26. Tandem, tandem iustitia obtinet.



*Aecida Hestoreo perfusum sanguine scutum,
 Quod Graecorum libaco concio iniqua dedit:
 Iustior arripuit Neptunus in aequora iactum
 Naufragio, ut dominum posset adire suum.
 Littereo Aiakis tumulo nanque intulit unda,
 Quae boat, & tali voce sepulchra ferit.
 Vicisti Thelamoniade, tu dignior armis.
 Affectus fas est cedere iustitia.*

Etiam ferocissimos domari.



*Romanum postquam eloquiū, Cicerone perempto,
 Perdiderat patria pestis acerba sua:
 Inscendit currus victor, iunxitque leones,
 Compulit & durum colla subire iugum,
 Magnanimos cessisse suis Antonius armis,
 Ambage hac cupiens significare duces.*

Nulla tanta est feritas, quæ non aut arte cicurari, aut vi
 domari possit, tam in belluis, quàm in hominibus.



Gratiam referendam.




*Aërio insignis pietate Ciconia nido,
 Inuestes pullos pignora grata fouet.
 Taliâque expectat sibi munera mutua reddi,
 Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
 Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
 Corpora fert humeris, prestat & ore cibos.*

Volucrum exemplo docentur homines, ἀντιπελαργῶν
 quod est acceptam à parētibus educationem iisdem refer-
 re senio defectis.

Abſtinentia.

2905



*Marmorea in tumulis una ſtat parte columna
 Urceus, ex alia cernere malluivum eſt.
 Ius hac forma monet dictum ſine ſordibus eſſe,
 Deſunctum puras atque habuiſſe manus.*

Iudex iuſtus à muneribus capiendis abſtinet.

30 Bonis à diuitibus, nihil timendum.



*Iunctus contiguo Marius mihi pariete, nec non
 Subbarcus, nostri nomina nota fori,
 Edificant bene nummati, sat agunt que vel ultrò
 Obstruere heu nostris undique luminibus.
 Me miserum gemine quem tanquam Phineia raptat
 Harpyie, ut propriis sedibus eiciant.
 Integritas nostra, atque animus quesitor honesti,
 His nisi sint Zetes, his nisi sint Calais.*



Signa fortium.

DIALOGISMVS. 328



*Qua te causa mouet volucris Saturnia, magni
 Ut tumulto insideas ardua Aristomenis?
 Hoc moneo: quantum inter aues ego robore praesto,
 Tantum Semideos inter Aristomenes.
 Insideant timida timidorum busta columbae,
 Nos aquila intrepidis signa benigna damus.*

Confictum est hoc Emblemata in gratiam Caroli Imper.
 qui Aquilam in scuto gestat, ipsum comparans fortissimo
 & inuiso Duci Aristomeni Messenio.





324

Α'νὴρ ἡγεὶ ἀνὴρ.



*Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est,
 Et nimium felix sapet timenda fuit.
 Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet
 Multa pati, illicitis absque tenere manus.
 Sic ducis imperium vincetus fert poplite taurus
 In dextro: sic se continet à gravidis.*

Taurus validus, & ad Venerē potens, homini tamen lon-
 gè infirmiori subseruiēs, & à boue grauida abstinēs, Patien-
 tiæ & continentię præbet exemplum.






In adulari nescientem.

33.E



Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora
 Mutet, & ut varios querat habere duces?
 Nescit adulari, cuiquã mve obtrudere palpum,
 Regia quem morem principis omnis habet.
 Sed veluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem,
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomen.
 Nec scuire tamen domino sua. vltio sola est,
 Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.

Popularis rebellio ob iniquiorem Magistratus admini-
 strationem comitatur.



34 Obdurandum aduersus vrgentia.



*Nascitur in pondus palma, & consurgit in arcum,
 Quo magis & premitur, hoc magis tollit onus:
 Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,
 Quis mensas inter primus habetur honos.
 Ipse, & reptans ramis has collige, mentis
 Qui constantis erit, premia digna feret.*


Quibuscunque aduersis obueniētibus, bene cœpta non
 sunt omittenda, quin constanter peragēda, ad felicis euen-
 tus finem.



Omnia mea mecum porto. 35




*Hunnius inops Scythiciq; miserrimus accola poti
 Vstus perpetuo liuida membra gelu.
 Qui Cereris non nouit opes, nec dona Lyai,
 Et pretiosa tamen stragula semper habet:
 Nam murina illum perstringunt undiq; pelles,
 Lumina sola patent, caetera opertus agit.
 Sic furē haud metuit, sic ventos tēnit & himbres,
 Tutus apudq; viros, tutus apudq; deos.*

36
Concordiæ symbolum.


*Cornicum mira inter se concordia vita est,
 At una statque illis intemerata fides.
 Hinc volucres hac sceptrum gerunt: quod scilicet oēs
 Consensu populi stantque, caduntque duces:
 Quem si de medio tollas, discordia princeps
 Aduolat, & secum regia fata trahit.*

Hoc illud est quod Sallustianus Micipsa dixit, Concordia
 res parvæ crescunt, discordia magnæ dilabuntur.



Concordia.

37



*In bellum civile duces cum Roma pararet,
Virilus & caderet, Martia terra suis:
Mos fuit in parte turmis coeuntibus easdem
Coniunctas dextras mutua dona dari.
Fœderi hac species: id habet Concordia signum:
Ut quos iungit amor, iungat & ipsa manus.*

Civilis fidei commune signum est Dextram iungere dextram.



38 Concordia insuperabilis.



*Ter geminos inter fuerat concordia fratres,
 Tanta simul pietas mutua, & unus amor:
 Inuicti humanis ut viribus ampla tenerent
 Regna, uno dicti nomine Geryonis.*

*Concordia inuictos facit vniuersos, qui singuli debiles
 forent.*



Vnam nihil, duos plurimum polle. 39




*Laërta genitum, genitum quoque Tydeos vnâ,
Hac cera expressit Zenalis apta manus.
Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa est.
Solum mens hominem, dextrâve destituit.*

Maximis rebus gerendis, robur corporis, prudentia ani-
mi indiget: itidem & prudens animus, corporis viribus, &
dexteritate opus habet.



40 Firmissima conuelli non posse.




*Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes:
 Danubiūmque omnem barbare Turca bibas.
 Non tamen irrumpes per fracto limite: Caesar
 Dum Charlus populis bellica signa dabit.
 Sic sacra quercus firmis radicibus astant,
 Sicca licet venti concutiant folia.*

Hoc Emblemata applaudit Carolo V. Imper. Qui Turcas
 Vienna Austrasiæ arcuit.

Spes proxima.

41



*Innumeris agitur res pub. nostra procellis,
 Et spes ventura sola salutis adest:
 Non secus ac navis medio circum equore, venti
 Quam rapiunt: salsis iamque fatiscit aquis,
 Quod si Helena adueniant lucentia sidera fratres
 Amisos animos spes bona restituit.*

Metaphora à nauis tempestatibus acta, ad Remp. cōiuratio-
 nibus vexatam, itémque à Dioscurorū luminibus salutiferis,
 ad ciuitatum defensores, aut boni Principis, vel Gubernatoris
 aduentum. Qui Castoris & Pollucis ignes in tempestate gemi-
 ni apparentes, proximam salutem nautis pollicentur.

42

In simulachrum Spei.
DIALOGISMVS.




*Quae Dea tam leto suspectans sidera vultu,
Cuius peniculis reddita imago fuit?
Elpidy fecere manus. Ego nominor illa,
Quae miseris promptam Spes bona praestat opē.
Cur viridis tibi palla: quod omnia me duce vernēt.
Quid manibus mortis tela refracta geris?*

Quòd viuos sperare decet, praeido sepultis.
 Cur in dolioli tegmine pigra sedes?
 Sola domi mansi volitantibus undique noxis,
 Ascrae ut docuit musa verenda senis.
 Quae tibi adest volucris? Cornix fidissimus oscen,
 Est bene cum nequeat dicere: dicit, Erit.
 Qui comites? Bonus euentus, praepesq; Cupido,
 Qui praevnt? Vigilum somnia vana vocant.
 Quae tibi iuncta astat? Scelerum Rhamnusia vindex,
 Scilicet ut speres nil nisi quod liceat.

Spei descriptio, quae latum hominem reddit, ad usque mor-
 tem comitatur, nec etiam morte relinquit, quae vnum est ca-
 lamitosis solatium, nihil non expectat, meliusque semper in
 crastinum, & ad votum sibi somnia fingit. In summa iucun-
 dissima est, & optima comes nisi cum arrogantior est, & im-
 modesta. Spes namque ambitiosas, & immoderatas vlciscitur
 vindex Nemesis contraria temere, aut nimiam sperantibus.



44 In dies meliora.



*Rostra nouo mihi setigeri suis obtulit anno,
Hacq; cliens ventri xenia (dixit) habe.
Progreditur semper, nec retro respicit vnquam,
Gramina cum pando proruit ore vorax.
Cura viris eadem est, ne spes sublapsa retrorsum
Cedat: & vt melius sit, quod & vltorius.*

Rustica cōparatio Porci in pastu progredientis ad Carolum V. Impe. eiusque symbolon VLTERRIVS, quo ostenditur, Semper in melius procedendum.

Illicitum non sperandum.




*Spes simul, & Nemesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet ut speres non nisi quod liceat.*

Ultio vanas temerarium spes præsumptas prosequitur.

45

PVDICITIA.



Perphyrio demitti si incestet in aditus vxor,
Desfendatque animum, pra q̄ colore perit.
Abdita in arcibus natura est causa, sit index
Syncera haec vulueris certa pudicitia.



V I T I A.

47

In victoriam dolo partam.



*Aiacis tumultum lachrymis ego perluo Virtus,
 Heu misera albentes dilacerata comas.
 Scilicet hoc restabat adhuc, ut indice Græco
 Vincerer: & causa stet potiore dolus.*

A falsis iudicibus peruertitur ius, lachrymantibus frustra bonis viris.



48

In fraudulentos.



*Parua lacerta, atris stellatus corpora guttis
 Stellio, qui latebras, & caua busta colit,
 Inuidia, prauique doli fert symbola pictus.
 Heu nimium nuribus cognita zelotypis.
 Nam turpi obtegitur faciem lentigine quisquis,
 Sit quibus immersus Stellio, vina bibat.
 Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
 Quam forma amisso flore relinquit amans.*

Dolus in suos.

49




Altilis alleclator anas, & carula pennis
Adsueta ad dominos ire redire suos.
Congeneres cernens volitare per aëra turmas
Garrum: in illarum sercipitque gregem,
Prerensa incautas donec sub retina ducat,
Obstrepitant capta, conscia at ipsa si' et.
Persida cognato se sanguine polluit alas,
Officiosa alus, exitiosa suis.

Anatem domesticarum sylvestres in laqueos illeclantium
 similitudo cum Ganelonibus suæ gentis proditoribus.

50

Maledicentia.



*Archilochi tumulo insculptas de marmore vespa
Esse ferunt, lingua certa sigilla mala.*

Iambographus Archilochus Græcus Poëta, maledicentissimus, repræsentat quemlibet vel verbo, vel scripto petulantem, cætera inutilem, cuiusmodi sunt vespæ, quæ magno cum murmure acriter pungunt. Cæteram neque mel, neque ceram fingunt.

In receptatores sicariorum.



*Latronum furumq; manus tibi seua per urbem
 It comes, & diris cincta cohors gladijs.
 Atque te mentis generosum prodige censes,
 Quod tua complurēs allicit olla malos.
 En neuus Actæon, qui postquam cornua sumpsit,
 In predam canibus se dedit ipse suis.*

Falsæ nobilitatis affectatores, adulantum, & audaculo-
 rum, macherophonon turba stipati sensum hominis perdūt.

In adultores.



*Semper hiat, semper tenuem qua vescitur auram,
 Reciprocatur Chamaleon,
 Et mutat faciem, varios sumitque colores,
 Præter rubrum, vel candidum.
 Sic & Adulator populari vescitur aura,
 Hiânsque cuncta devorat.
 Et solum mores imitatur principis atros,
 Albi, & pudici nescius.*

Ei qui semel sua prodegerit, aliena
credi non oportere.



*Colchidos in gremio nidum quid congeris? eheu
Nescia cur pullos tam male credis avis?
Dira parens Medea suos sanissim' a natos
Perdidit, & speras parcat ut illa tuis?*

Qui malè rem priuatam administrarit, ei ne publica guber-
nanda credatur: Exemplo Hirundinis nidificantis in sinu Me-
dææ, quæ cum suis liberos occiderit, temerè illi suos pullos
dat custodiendos Hirundo.

Temeritas.



*In praeceps rapitur, frustra queque tendit habenas
 Auriga: effreni quem vehit oris equus.
 Hand facile huic credas, ratio quæ nulla gubernat,
 Et temere proprio ducitur arbitrio.*




Furor, & rabies.



*Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,
 Et scriptū in summo margine carmen habet:
 Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida
 Talia magnanimus signa Agamemno tulit.*

Militum immanitatem Sanguinariorum testantur, vel ipsa scuta, sœuissimarum belluarum imaginibus, crudeliūque Sententiarum titulis figurata.

In temerarios.



*Appicis aurigam currus Phaëtona paterni
 Igniuomos ausum flectere Solis equos.
 Maxima qui postquam terris incendia sparsit,
 Est temerè in seffo lapsus ab axe miser.
 Sic plerique rotis Fortuna ad sydera Reges
 Euecti, ambitio quos iuuenilis agit,
 Post magnam humani generis cladémque, suamq;
 Cunctorum pœnas denique dant scelerum.*



In eos qui supra vires quicquam audent.



*Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno,
Sub picea, & clavam ceteraque arma tenet,
Alciden, Pygmaea manus prosternere letho
Posse putat: vires non bene docta suas,
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,
Et seui implicitum pelle leonis agit.*

Cum fortiori non est congreduendum.

Impossibile.



*Abluis Aethiopem, quid frustra? ah desine, noctis
 Illustrare nigra nemo potest tenèbras.*

Vitia Naturæ siue animi, siue corporis: tolli non possunt.





Cuculi.



*Ruricolas, agreste genus, plerique cuculos
 Cur vocitent, quenam prodita causa fuit?
 Vere nouo cantat Cocyx, quo tempore vites
 Qui non absoluit, iure notatur iners.
 Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
 Cui thalamum prodit uxor adulterio.*

Cuculi (vt vulgus putat) non ii sunt, quorum vxores sunt
 impudicæ: At contrâ qui alienis vxoribus, & thalamis incu-
 bāt. Vocabulo nimirum ab auis natura sumpto, qui in Cur-
 rucæ nido sua oua ponit, ab alia aue fouenda.



Vespertilio.



*Assumpsisse suum volucris ex Meneide nomen,
 Socraticum autores Chærephoonta ferunt.
 Fusca viro facies, & stridens vocula, tali
 Hinc hominem potuit commaculare nota.*

A L I V D.



*Vespere quæ tantum volitat, quæ lumine lusca est,
 Quæ cum alas gestet, cetera muris habet,
 Ad res diuersas trahitur: mala nomina primū
 Signat: quæ latitant iudiciūque timent.
 Inde & philosophos, qui dum cœlestia querunt
 Caligant oculis, falsaque sola vident.
 Tandem & versutos, cum clam sectentur utrumque
 Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.*

Ira.



*Alceam veteres caudam dixere Leonis,
 Qua stimulante iras concipit ille granes.
 Lutea cum surgit bilis, crudescit & auro
 Felle dolor, furias excitat indomitas.*

*Ira rationem deturbat, atque ita hominem mutat in fu-
 riosam bestiam quæ sibi ipsi nocet.*

In eum qui sibi ipsi damnum apparat.



*Capra lupum non spontè, meo nunc ubere lacto,
 Quòd malè pastoris prouida cura iubet.
 Creuerit ille simul, mea me post ubera pascet.
 Improbilas nullo flectitur obsequio.*

Plerique eos, à quibus perdentur, alunt.



Fatuitas.



*Miraris nostro quòd carmine diceris Otus,
 Sit vetus à proavis cùm tibi nomen Otho.
 Aurita est, similes, & habet ceu noctua plumas,
 Saltantièmq; auceps mancipat aptus auem.
 Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus otos,
 Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.*


Obliuio paupertatis parens.



*Cum lupo esuriens mandit ceruarius escam,
 Praeq; fame captum denorat hinnuleum,
 Respiciat si forte aliò, vel lumina uertat,
 Praesentem oblitus quem tenet ungue cibum,
 Querit at incertam (tanta est obliuio) praedam.
 Qui sua neglexit stultè, aliena petit.*




S V P E R B I A .



*En statua statua, & ductum de marmore marmor,
 Se conferre deis ausa procax Niobe.
 Est vitium muliebri superbia, & arguit oris
 Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.*

Thebarum regina Niobe ob pernicacem superbiam mu-
 tata in duram è saxo statuam, sub figmento tegit potentum
 mulieram superbiam, tyrannidē, duritiem inflexā & frigidita-
 tem implacabilē *ἡ τῆν ἀνκίσθησιν* qualis est in rigēti saxo.

Impudentia.



*Puberenus mulier, succincta latrantibus infra
 Monstrorum catulis, Scylla biformis erat.
 Monstra putantur auarities, audacia, raptus,
 At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.*

Scylla monstro, aut rupe in mari, supra ore virgineo, infra
 caninis baubantum capitibus, notatur externa viri, vel fcemi-
 næ forma decora, quæ intus tribus est caninis rabida vitiis,
 Inuidia, Rapina, & improba audacia atque impudentia.

Φιλαντία.



Quòd nimium tua forma tibi Narcisse placebat,
 In florem, & noti est versa stuporis olus.
 Ingeny est marcor cladésque Philantia, doctos
 Quae pessum plures dáique deditque viros.
 Qui veterũ abiecta methodo, noua dogmata quaerũt,
 Nilque suas præter tradere phantasias.

Φιλαντία efficit, vt sui ipsius admirator, melioribus alio-
 rum operibus relictis, sua tantũ amet, & probet, idque non
 sine suo magno malo, qui florem sine fructu obtulit.



Garrulitas.



*Quid matutinos Progne mibi garrula somnos
Rumpis: & obstrepero Dauias ore canis?
Dignus Epops Tereus, qui maluit ense putare,
Quam linguam immodicam stirpitus eruere.*

Ut Progne stupratore Tereo lingue plectro truncata in
garrulam hirundinem versa fingitur: sic qui fari minus be-
ne norunt, aut possunt: id magis malè affectant, & sunt fe-
rè loquaciores, cæterisque obstrepentes.

INVIDIA.



*Squallida vipereas manducans fœmina carnes,
 Cuique dolent oculi, quæq; sursum cor edit,
 Quam macies, & pallor habent, spinosaq; gestat
 Tela manu. Talis pingitur invidia.*

Invidus suis pascitur virulentis cogitationibus, alterius bonū agrè videt, seipsum consumit, & lingua pungit maledictis aculeata.




LVXVRIA.



*Eruca capripes redimitus tempora Faunus
Immodica Veneris symbola certa refert.
Est eruca salax, indexque libidinis hircus,
Et Satyri Nymphas semper amare solent.*

Hæc libidinis imago sumpta est ab Erucæ herbæ (quæ
Venerem ciet) & salacis hirci natura: Innuens libidinem in
affectu ardere, in actu foetere.



Luxuriosorum opes.




*Rupibus aëreis summiq̄ue crepidine saxi
 Immites fructus ficus acerba parit,
 Quos corui comedūt, quos deuorat improba cornix,
 Qui nihil humane commoditatis habent.
 Sic fatuorum opibus parasiti, & scorta fruuntur:
 Et nulla iustos utilitate iuuant.*

Stultorum diuitum opibus fruuntur tantum improbi,
 lenones, meretrices, & adulatores.



Tumulus meretricis.

Δεχλογισικῶς.



Quis tumulus? (ua urna? Ephyræa est Laidos ab, nō
 Erubuit tantum perdere Parca decus?
 Nulla fuit tum forma, illam iam carpserat ætas,
 Iam speculum Veneri tanta dicarat ænis.
 Quid sculptus sibi vult aries, quem parte leona
 Vnguibus apprehensum posteriore tenet?
 Non aliter captos quod & ipsa teneret amantes,
 Vir gregis est aries, clune tenetur amans.



In amatores meretricum.



*Villosa indutus piscator tegmina capra,
 Addidit ut capiti cornua bina suo,
 Fallit amatores: stans summo in littore Sargum,
 In laqueos simi quem gregis ardor agit.
 Capra refert scortum, similis fit Sargus amanti,
 Qui miser obsceno captus amore perit.*

Hic ridetur iuuenilis amasiorum facilitas, qui in quoduis formæ obiectum, vel capræ etiam larvatae spectrum exarscunt.

Cauendum à meretricibus.



*Sole Sata Circes tam magna potentia fertur,
 Verterit ut multos in noua monstra viros.
 Testis equum domitor Picus, tum Scylla biformis,
 Atque Ithaci postquam vina bibere sues.
 Indicat illustri meretricem nomine Circe,
 Et rationem animi perdere, quisquis amat.*

A meretricibus efferantur homines, mutanturque in bel-
 luas, dum scilicet fiunt libidinosi, vt hirci, gulosi vt sues, in-
 uidi & rixosi vt canes, inertes vt asini.



Amuletum Veneris.




*Inguina dente fero suffossam Cypris Adonin
Lactuca folys condidit exanimem.
Hinc genitali aruo tantum lactuca resistit,
Quantum eruca salax vix stimulare potest.*

ErUCA Venerem inflammat, lactuca extinguit: per quas cer-
tè herbas contrariæ facultatis, id intelligitur quod tempera-
ta victus ratio, libidinis ardorem restinguit, quem luxuries &
asotia incendit, & alit.



Inviolabiles telo Cupidinis.



*Ne dirius te vincat amor, neu foemina mentem
Diripiat magicis artibus vlla tuam:
Bacchica avis praesto tibi motacilla paretur,
Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
Ore crucem & cauda, & geminis ut coplicet alis,
Tale amuletum carminis omnis erit.
Dicitur hoc Veneris signo Fegasens Iason
Phasiacis lacu non potuisse dolis.*

Laciuia.

PROBLEMA.



Delicias, & molliciem mus creditur allus
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
 An quod ei natura fatas, & nihil in libidine est?
 Ornat Romanas an quia perennat
 Sarmaticum murem vocitant plerique Zibellum.
 Et celebris suavi est unguine muscus Arabs.

Nobilium foeminarum rotatur mollities.

DESIDIA.



*Desidet in medio Essens, speculatur & astra,
Subtus & accensam contegit igne facem.*

~~Spem in vana reponit, & vitam in otio
Nec sentit, nec sentit.~~

Religionis falsa species, & vitæ cōtemplatiuæ prætextus,
prætenditur inerti otio, quod virtutum lumen extinguit : &
vitiis alimenta ministrat.


Desidiam abiiciendam.



*Quisquis iners abeat: nam in chœnice figere sedem,
 Nos prohibent Sami dogmata sancta seni.
 Surge igitur, duroque manus adsuesce labori,
 Det tibi dimensos crastina ut hora cibos.*

Linquenda est pigritia, quæ quod adest aspicit: & sequenda Diligentia, quæ quod futurum est, prospicit.

In facile à virtute descentes.



*Parua velut limax spreto Remora impete venti,
Remorumque ratem sistere sola potest.
sic quosdam ingenio, & virtute ad sidera vectos,
Detinet in medio tramite causa leuis:
Anxialis veluti est: vel qui meretricius ardor
Egregius inuenes senocat à studiis.*

Modica occasio properates ad studia adolefcetes plerun-
que retardat: non aliter quam Remora per exiguum cochylion,
occulta quadam vi naturæ, naues, velis, ventis, & remis
impulsi remoratur.



Ignauī.



Ignauī ardeolam stellarum effingere serui
 Et studia, & mores fabula prisca fuit.
 Quae famulum Asteriā volucris sumpsisse figuram.
 Est commenta: fides sit penes historicos.
 Degener hic veluti qui ceuet in aëre falco est,
 Dictus ab antiquis vatibus ardelio.

Stellata ardeola, cui ceuentis in aëre motus, nullius autem
 vsus, sui figuratur inutilis seruus, qui non agit, sed satagit. Aut
 potius aliquis qui omnia profitetur cum nihil sciat, quem ve-
 teres Ardelionem vocarunt, qualis Attalus apud Martialem.



A V A R I T I A .



*Heu miser in medijs sitiens stat Tantalus undis,
 Et poma esuriens proxima, habere nequit.
 Nomine mutato de te id dicetur auare,
 Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.*

Suos iam in hoc seculo patiuntur manes Auari homines,
 hoc supplicio damnati (vt Tantalus) medijs immerſi opibus,
 ne illis frui poſſint.



In auaros.



Sepitius populos inter ditissimus omnes,
 Arua senex nullus quo magis ampla tenet.
 Defraudans geniũmque suum, mensasque paratas,
 Nil preter betas, durasque rapa vorat.
 Cui similem dicam hunc, incopem quẽ copia reddit?
 An ne asino? Sic est: instar hic eius habet.
 Nanque asinus dorso pretiosa opsonia gestat:
 Siquẽ rubo, aut dura carice pauper alit.


In aulicos.



*Vana Palatinos quos educat aula clientes,
Dicitur auratis nectere compeditus.*

Aulica vita omnium est longè miserrima, & seruituti obnoxia. Quam tamen qui semel subiere, eam aut nūquam, aut ægrè relinquunt, neque ea facilè se possunt expedire, tanquam captiui regalis luxus admiratione, & magnificentia, ac splendore rerum quæ illic cernuntur, earumque fruitione, aut ipse fruendarum.

In sordidos.



*Que rostro (clystere velut) sibi proluit aluum
 Ibis, Niliacis cognita littoribus,
 Transit opprobrii in nomen: quo Publius hostern
 Naso suum appellat, Battiadésque suum.*

Ibis Aegyptiaca avis immisso in culum rostro, infusaque
 aqua aluum purgans, clysteris vsum ostendit. Cuius immun-
 dae avis appellatione, obsceni homines notantur, qui turpia
 verba eructantes, podicem ex ore faciunt.


In diuites publico malo.



*Anguillas quisquis captat, si limpida verrat
Flumina, si illimes ausit adire lacus,
Cassus erit: ludetque operam: multum excitet ergo
Si creta, & vitreas palmula turbet aquas:
Dives erit. Sic ipsa res publica turbida lucro est,
Qui pace, arctati legibus, esuriunt.*

In turbulenta aqua piscandum esse iactant magni illi fures, qui impunes de furca non pendent. Quare & ipsi ut plurimum pacis sunt turbatores, & tranquillitatis Principum cum populo, ut in turbido rerum statu, magis tuto, & minus apertè peculari possint.

Oeni effigies. Lachryas qui in cernitibus a-
nant, quod in bonos vsus verti debent.



*In piger hanc cessat funem contexere sparto,
Humidaque artifici iungere fila manu.
Sed quantum multis vix torquet strenuus horis,
Proivus ignavi ventris asella vocat.
Fœmina incers animal facili congesta marito
Lucra rapit, mundum prœdixit inq̄ suum.*

Mulierum in otio desidium, & in compto corporis orna-
tu, preventus, reditus, & questus profundentium, Maritu:
rem faciunt vt funari, nimirum retrogrado ductu

In parasitos.



Quos tibi donamus, fluuiales accipe cancos,
 Munera conueniunt moribus ista tuis.
 His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
 Chelarum armatus, maximaque aluus adest.
 Sic tibi propensus stat pingui abdomine venter
 Pernicis que pedes, spicula que apta pedi.
 Cum vagus in truiis, mensaque sedilibus erras,
 Inque alios mordax scommata falsa iacis.

Paruam culinam duobus ganeonibus
non sufficere.



*In modicis nihil est quod quis lucretur: & unum
Arbustum geminos non alit Erythacos.*


A L I V D.

*In tenui spes nulla lucri est: unòque residunt
Arbusto geminae non bene Ficedula.*

In humili statu, consorti non est locus.




audacioribus captivus h gulam.



Regnatorque penus, mersq; arrosor herilis
 Orstrea mus summi vidit huius labris.
 Quis tenera apponens barbã falsa ossa momordit.
 At ea clausurunt tacta repente domum.
 Deprensam & tetro tenuerunt carcere furem,
 Semet in obscurum qui dederat tumulum.

Multi se in opulentas domos serviliter ingerunt lautioris
 victus ergo. Plerique etiam suum sibi tumulũ dentibus effo-
 diunt præproperam mortem luxu, & gula sibi accersentes.



In garrulum & gulosum.



Voce boat, torna, praelargo est guttur, rostrum
 Instar habet nasi multiferi, quæ tuba.
 Deformem rabulam, additum v ntri que, gulaq;
 Signabit, volucer cum truo pictus erit.

Hoc emblemata per se explicatur Nēpe per Onocrotalum
 auem longo latoque rostro, gutture amplo, clamore asini
 rudium referente, figurans hominē gulosum, he iluonē m,
 voracē, clamosum, & rudē, cui gula, & podex sint omnia.

DOCTORVM AGNOMINA.



*Moris vetusti est, aliqua professoribus
 Superadiici cognomina.
 Faciles apertosque explicans tantum locos,
 Canon vocatur Curtius.
 Reuoluitur qui eodem, & iteratque nimis
 Meander, ut Parisius.
 Obscurus & confusus, ut Picus fuit,
 Labyrinthus appellatur.*



Nimis brevis, multa amputans, ut Claudius,
 Mucronis agnomen feret,
 Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,
 Dicitur truo est scholasticis.
 Contra est vocatus, tenuis esset Albins
 Quod voce, vesperilio.
 At ultimas mutilans colobotes syllabas,
 Hirundo Crassus dicitur.
 Qui surdus aliis, solus ipse vult loqui,
 Ut sturnus in proverbio est.
 Hic blesus, ille raucus, iste garriens.
 Hic sibilat, ceu vipera.
 Tumultuatur ille rictu & naritus,
 Huic lingua terebellam facit.
 Singultit alius, atque tussit hesitans.
 Conspuat alius ut psecas.
 Quam rebus vitia in humanis agunt,
 Tam multa surgunt nomina.



NATURA.

Vis naturæ.



Pana colunt gentes. (naturam hoc dicere rerū est.)
 S. micaprinque hominē semivirumq; Deum
 Est vir pul e tenus, quod nobis insita virtus
 Corde oriens, celsa verticis arce sedet.
 Hinc caper est, quia nos natura in secla propagat
 Concubitu: ut volucres, squamea, bruta, feras.
 Quod commune alijs animantibus, est caper index
 Luxuria. Veneris, gnāque aperta gerit.
 Cordi alij sopheriam, alij tribuere cerebro.
 Inferiora modus, nec ratio vlla tenet.

Ars Naturam adiuuans.



Cyphara Fortuna, ubo sic insidet Hermes:
 Artibus hic, variis casibus illa praest.
 Aduersus vim Fortunae est ars facta: sed artis
 Cum fortuna mala est, sepe requirit opem.
 Disce bonas artes igitur siudiosa iuuentus,
 Quae certa secum commoda sortis habent.

Ars, & opificum quaestuarium hominem attollit, prostra-
 tum volubilis Fortunae accidentibus, vt morbo, naufragio, in-
 cendio, ruina, ludo, & cuiusmodi fortuitis casibus.




In iuventam.



*Natus uterque Iouis, tener atq; imberbis uterque,
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
 Salvete, aeterna simul & florete iuventa,
 Namine sit vestro quae diuturna mihi.
 Tu vino curas, tu victu delue morbos,
 Ut lento accedat sera senectus pede.*

Phœbus artis medicæ inventor, Bacchus vini. Cura, & luxus senium accelerât, Diæta Medicinæ pars, luxui medetur. Vinum curas abigit. Ergo vinum moderatè sumptum Iuventutem cõsruat.

In quatuor tempora anni.



*Aduenisse hyemem fringilla renuntiat ales,
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat aetatem sese expectare cuculus.
Autumno est tantum cercere ficedula.*

TECA UNIVERSITARIA
SEVILLA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SEVILLA

ASTROLOGIA.

Scyphus Nestoris.



*Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis
 Quod grauis argenti massa proficit opus.
 Claviculi ex auro:stant circum quatuor ansae:
 Vnam quamque super fulua columba sedet.
 Solus eum potuit longaeuis tollere Nestor.
 Ne conida doceas quid sibi inuisa velit?*

Est caelum scyphus ipse: color argenteus illi est,
 Aurea sunt caeli sidera clau. cili.
 Pleiadas esse putant, quis dixerit ille columbas.
 Umbilici gemini, magna minorque fera est.
 Hac Nestor longo sapiens intelligit usu:
 Bella gerunt fortes, callidus astra tenet.

Per Nestoris craterem sic depictum apud Homerum
 signatur Astronomia, Ars ab longa, & antiqua obseruatio
 ne profecta, certissimi consilii scientia, & quae in rebus ar
 duis plus habet momenti, quam robusti corporis vires.



Cancri
 Dicitur
 Et nescit
 Accidit
 Rogantur
 Qui eam affectum
 Homines
 locis
 dicitur




Quæ supra nos, nihil ad nos.



*Caucasia eternum pendens in rupe Prometheus
Diripitur sacri præpetis ungue iecur.
Et nollet fecisse hominem: figulosque perosus
Accensam raptò damnat ab igne facem.
Roduntur variis prudentum pectora curis,
Qui cæli affectant scire, deumq; vices.*

Homines plus æquo curiosi, in occulta Philosophia, Astrologia critica, Magia, omnique Mantia, corda, id est, animi roduntur auxiliis curis, ac sollicitudinibus, arctius arcane indagini alligati & altioribus scrutiniis affixi.

IN ASTROLOGOS.



*Icare per superos qui raptus & aëra, donec
In mare precipitem cera liquata daret,
Nunc te cera eadem, feruensque exuscitat ignis,
Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.
Astrologus caueat quicquam predicere preceps:
Nam cadet impostor, dum super astra volat.*

Icarus Dædali filius dum altius euolaret pennis ceratis, ac sole iam nimis propinquo cera liquecente soluerentur alæ, de plumis in mare corruit. Sic & criticos Astrologos altius ingenium eleuantes, nec satis constante huius matheseos vanitate, tandem in ludibrium & inopiam dilabuntur.

Qui alta contemplantur cadere.



*Dum turdos visco, pedica dum fallit alandas,
Et iacta altivolam figit harando gruem,
Dipsada non prudens auceps pede percussit: ultrix
Illa mali, emissum virus ab ore iacit.
Sic obit, extento qui sidera respicit arcu,
Securus fati, quod iacet ante pedes.*

Non vsque adeo ad alta, & procul distantia, intendendus est animus, quin propinquam, & imminentem, quæ adest, fortunam animaduertat.



A M O R.


Potentissimus affectus amor.



*Aspice ut inuictus vires auriga leonis,
 Expressus gemma pugio vincat amor:
 Utq; manu hac scuticā tenet, hac ut flectit habenas,
 Utq; est in pueri plurimus ore decor.
 Diralues procul esto: feram qui vincere talem
 Est potis, à nobis temperet ànne manus?*

Amor homini fugiendus, vel ferarum exemplo, quæ vi
 amoris in furias ruunt, præsertim leo.

Potentia Amoris.



*Nudus Amor vide ut ridet, placidumque tuetur?
 Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet.
 Altera sed manuum flores gerit, altera piscem,
 Scilicet ut terra iura det, atque mari.*

*Quæcunque animalia viuunt, aut in terra florulenta, aut
 in aqua pisculenta, natura dictante, amori in suum genus
 sunt obnoxia cum voluptatis, tū generationis gratia. Qua
 re Amor in terra, & in mari regnator est.*

Vis Amoris.



*Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne
Dum demonstrat uti, est fortior ignis amor.*

Amor, plus quàm vis efficit.

in studiosum captum Amore.



*Immersus studiis, dicundo & iure peritus,
 Et maximus libellio,
 Helianiran amat, quantum nec Thracius unquam
 Princeps sororis pellicem.
 Pallada cur alio superasti iudice Cypri?
 Num sat sub Ida est vincere?*

Cum literarum studiosi, omisis libris, fœminas sectari instituunt, tunc Venus Amorũ Dea, Minervam scientiæ præfidem superat, tanquã rursus prælata pulchritudine damnatam, Iuenum affectantiũ (vt olim Alexandri apud Idam) iudicio.



Αντίρως, id est, Amor virtutis.
Διαλογιστικῶς.



Dic ubi sunt incurui arcus? ubi tela Cupido,
Mollia quæis iuuenum figere corda soles?
Fax ubi tristis? ubi penna: tres unde corollas
Fert manus? unde aliam tempora cincta gerunt?
Haud mihi vulgari est, (hospes) cū (ypride quicquā
Ulla voluptatis nos neque forma tulit:
Sed puris hominum succendo mentibus ignes
Discipline: animos astraque ad alta traho.
Quatuor eque ipsa texo virtute corollas,
Quarum quæ Sophia est, tempora prima tegit.

Artipos, Amor virtutis, alium Cupi-
dinem superans.



*Aligerum, aligeroque inimicum pinxit Amori,
Arcu arcu, atque igne igne domans Nemesis.
Ut quæ aliis fecit patitur. at hic puer olim
Intrepidus gestans tela, miser lacrymat.
Ter spuit, inq̄, sinus imos (res mira) crematur
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.*

Ut clavis clavo, sic voluptas voluptate pellitur. Proinde qui terrenum libidinis amorem domare velit: alterum cœlestem rerum æternarum ut Sapientiz, & virtutum amorem concipiat.

Dulcia quandoque amara fieri.



*Matre procul lecta, paulum secesserat infans
Lydius: hunc dira sed rapuistis apes.
Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,
Cum nec ita immitis vipera sena foret.
Qua datis ab, dulci stimulos pro munere mellis.
Proh dolor, Heu sine te gratia nulla datur.*

quemadmodum apes cum melle aculeum gerit grauiter pun-
gentem: sic in hoc orbe mortalium nullus est voluptatis dul-
cor, sine doloris amarore. Nam dolor est voluptatis comes.

Ferè simile ex Theocrito.



*Alucolis dum mella legit, percussit Amorem
 Furacem mala apes, & summis spicula liquit
 In digitis, tumido gemit at puer anxius ungue.
 Et quatit errabundus humum: Venerique dolore
 Indicat, & graviter queritur, quòd apicula parvum
 Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
 Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoq; dixit,
 Nate feram: qui das tot noxia vulnera parvus.*

In statuam Amoris.



Quis sit amor, plures olim cecinere Poëta,
 Eius qui vario nomine gesta ferunt.
 Conuenit hoc, quod veste caret, quod corpore paruus,
 Tela, alasque ferens, lumina nulla tenet.
 Hac ora, hic habitusque Dei est. Sed dicere tantos
 Si licet in vates, falsa subesse reor.
 Eccur nudus agat? diuo quasi pallia desint,
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.

Aut quæ quæso niues boreâmq; euadere nudus,
 Alpinum potuit, strictâque prata gelu?
 Si puer est, puerumne vocas qui Nestora vincit?
 An nosti Ascrei carmina docta senis?
 Inconstans puer, hic obdurans: pectora qua iam
 Tans adyt, nunquam relinquere sponte potest.
 At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
 An curuare infans cornua dura valet?
 Alas curue tenet, quas nescit in æthera ferre?
 Inscius in volucrum flectere tela iecur.
 Serpit humi, semperque virum mortalia corda
 Ledit: & haud alas saxeus inde mouet.
 Si cæcus, vittamque gerit, quid tæmia cæco
 Utilis est? ideo nam minus ille videt?
 Quisve sagittiferum credat, qui lumine captus?
 Hic certa, ast cæci spicula vana mouet.
 Igneus est aiunt, versatque in pectore flammæ.
 Cur age viuunt adhuc? omnia flamma vorat.
 Quinetiam tumidis cur non extinguitur undis,
 Naiadum quoties mollia corda subit?
 At tu ne tantis capiare erroribus audi,
 Verus quid sit Amor carmina nostra ferent.
 Incundus labor est, lasciuia per ocia. signum
 Illius est, nigro punica glans clypeo.

Senex puellam amans.



*Dum Sophocles (quamvis affecta aetate) puellam
A questu Archippen ad sua vota trahit,
Allicit & pretio, tulit agrè insana iuventus
Ob zelum, & tali carmine utrunque notit.
Noctua ut in tumulis, super utq; cadavera bube,
Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.*


Tria sunt hominum vitia, quæ diis, & hominibus valde displicere dicuntur. Pauperis superbia, iuuenilis pigritia, & senis petulca libido, ea etenim repugnante fortuna, & Natura existunt.

In colores.




*Index mæstitia est pullus color: utimur omnes
 Hoc habitu, tumulis cum damus inferias,
 At sinceri animi, & mentis stola candida pure.
 Hinc syndon sacris linea grata viris.
 Nos sperare docet viridis. Spes dicitur esse
 In viridi, quoties irrita retrò cadit.
 Est cupidis flavus color, est & amantibus aptus,
 Et scortis, & quâs spes sua certa fuit.*

At ruber armatos equites exornet amictus,
 Indices & pueros erubuisse pudor.
 Ceruleus nautas, & qui caelestia vates
 Attoniti nimia religione petunt.
 Vilia sunt giluis nativaeque vellera birris:
 Qualia lignipedes stragula habere solent.
 Quem cura ingentes cruciant, vel zelus amoris
 Creditur hic fulva non male veste tegi.
 Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet,
 Fortune equanimi stadia quique ferat.
 Ut varia est natura coloribus in gignendis,
 Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.



FORTVNA.

Virtuti Fortuna comes.



*Anguibus implicitis geminis caduceum a'is:
 Inter Amalthæa cornua rectus adest.
 Pollentes sic mente viros, fandi que peritos
 Indicat, ut rerum copia multa beet.*

Artium & eloquentiæ Deus est Mercurius, Serpens est
 Sapiencia. Caduceus, facundus sermo, qui diserto Sapienci
 nunquam deest.

Fortuna, Virtutem superans.



*Cesareo postquam superatus milite, vidit
 Civili undantem sanguine Tharsaliam:
 Iam iam stricturus moritunda in pectora ferrum,
 Audaci hos Brutus protulit ore sonos,
 Infelix Virtus & solis provida verbis,
 Fortunam in rebus cur sequeris dominam?*

In humanis rebus fortuna plus loci habet, quam præclara virtus. Quod sanè quotidie sic vsu venire videmus, ut boni viri, fortunatis subiiciantur.

Paupertatem summis ingeniis obesse,
ne prouehantur.



*Dextra tenet lapidē: manus altera sustinet alas.
Ut me pluma leuat: sic graue mergit onus:
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimeret.*

Non pauci iuuenes felicibus ingeniis maxima exequi
possent, si rem haberent, qui circa minima laborant, co-
gente inopia.

In occasionem.

Διαλογικῶς.



Lysippi hoc opus est, Sycion cui patria. Tu quis?
 Cuncta domans capti temporis articulus.
 Cur pinnis stas? Usque rotor. Talaria plantis
 Cur retines? Passim melenis aura rapit.
 In dextra est tenuis dic unde nouacula? Acut um
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.
 Cur in fronte coma? Occurrēs ut prēdar. At heus tu
 Dic cur pars calua est posterior capitis?
 Me semel a pedem si quis permittat abire,
 Ne possim apprenso postmodo crine capi.
 Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes.
 Utq; omnes moneam: pergula aperta tenet.



In subitum terrorem.



*Effuso cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.*

Exercitibus armatis obueniunt interdū pauores subiti,
multitudinem totam consternantes, nulla existente causa
terroris manifesta, nisi incussa temerè singulis formidines
quos quidem subitos terrores Antiqui Panicos dicebant.
quod Pan Deus sua cornua inflare tunc diceretur, quorū
clangor repentinos illos subitōsque pauores in hominum
mentes incuteret.



In illaudata laudantes.



Ingentes Galatūm semermi milite turmas,
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
 Lucarum cū sena boum vis, ira proboscis,
 Tum primūm hostiles corripuisset equos.
 Ergo trophæa locans Elephanis imagine pinxit,
 Insuper & sociis, Occideramus ait,
 Bellua seruasit ni nos fœdissima barrus.
 Vt superasse iuuat, sic superasse pudet.

In momentaneam felicitatem.



*Aëriam propter creuisse Cucurbita piri um
 Dicitur: & grandi luxuriasse coma.
 Cum ramos complexa, ipsumq; egressa cacumen,
 Se prestare alus credidit arboribus.
 Cui pinus: Nimiùm brevis est hac gloria. nam te
 Protinus adueniet qua malè perdet hyems.*

Gloria rebus fluxis, & cadacis innixa, ingloria est vanitas, quæ statim in dedecus, & ludibrium delabitur. Ut de forma superbire, quæ protinus deflorescit, de valetudine, ac diuitiis, quæ subito pereunt, de munere statûve parum firmo, quo mox submoueri quis possit.


Ex damno alterius, alterius vtilitas.



*Dum sauis ruerent in mutua vulnera telis,
Vngue leana ferox, dente timendus aper,
Accurrit vultus spectatum, & prandia captat.
Gloria victoris, prada futura sua est.*

Hoc iure dictum videri possit de Christianis Principibus inter se belligerantibus, & Turcarum tyranno, qui interim spectatorem agens, ex mutuis eorum calamitatibus, suam auget ditione, in Christianas regiones facilius irrumpens.

Bonis auspiciis incipiendum.



*Auspicijs res ceptæ malis, bene cedere ne scit.
 Felici quæ sunt omine facta, iuvant.
 Quicquid ager, nisi illa tibi si occurrat, omitte:
 Signa mala hæc fortis bestia prava gerit.*

Superstitiosi nihil inauspicatò aggrediuntur, & ab incepto desistunt, si quid obuenerit ominosum, in cælo, aut in terra, sinistrum esse adfirmantes, occurrit ille Monacho, aut animerienti, aut kpori, aut muste illæ, quam bestiolam inauspicatam esse libri Augurales asseuerant.

Nil reliqui.



*Scilicet hoc deerat, post tot mala denique nostris
 Locusta ut raperent, quicquid inesset, agris.
 Vidimus innumeras Euro duce tenderet turmas,
 Qualia non Atyle, castrave Xerxis erant.
 Haec fœnum, milium, farræ omnia consumpserunt,
 Spes & in angusto est, stant nisi vota super.*

*Re omni funditus perdita, nullòque reliquo, siue casu, siue
 alea, nihil superesse præter desperationem, aut voti desiderium.*

Malè parta, malè dilabuntur.



*Milvus edax, nimia quem nausea torserat esca,
Hei mihi mater, ait, viscera ab ore fluunt:
Illa autem: quid fles? cur hæc tua viscera credas,
Qui rapto vivens sola aliena vomis?*

Raptor cum prodigit, nihil de suo, sed de alieno malè parta profundit. Vnde, minus illi grauis esse debet profusio. Hinc fit vt Tyrâni ferè sint prodigi bonorum, quæ rapina ab aliis extorserunt.

Semper praesto esse infortunia.



*Indebant parili tres olim aetate puella
 Sortibus: ad Stygias qua prior iret aquas.
 Ast cui iactato male cesserat alea talo,
 Ridebat sortis caeca puella suae.
 Cum subito iecta caput labente est mortua tecto,
 Solvit & audacis debita fata ioci.
 Rebus in aduersis mala sors non fallitur: ast in
 Faustis, nec precibus, nec locus est manui.*



Remedia in arduo, mala in prono esse.



*Ætheris postquam deiecit sedibus Atben
 Iuppiter: heu vexat quam mala noxa viros?
 Euolat hac pedibus celer, & pernicious alis,
 Intactumque nihil casibus esse sinit.
 Ergo Lite, proles Iouis, hanc comitantur euntem,
 Sartura quicquid fecerit illa mali.
 Sed quia segnipedes, lusca, lassæq; senecta,
 Nil nisi post, longo tempore restitunt.*


HONOR.

Ex arduis perpetuum nomen.



*Crediderat platani ramis sua pignora passer,
 Et bene: ni sauo visa dracone forent.
 Glutit hic pullos omnes, miseramque parentem
 Saxeus, & tali dignus obire nece.
 Hac, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris
 Sunt longi, cuius fama perennis eat.*

Ex lit. rarum studiis immortalitatem acquiri.



*Neptuni tubicen, cuius pars ultima cetum,
 Equoreum facies indicat esse Deum:
 Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
 Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
 Fama viros animo insignes, praeclaraque gesta
 Prosequitur: toto mandat & orbe legi.*


Triton Neptuni Tubicen, exauditam eloquentiam, profundamque rerum scientiam designat. Anguis in sese revolutus, aeternitatem. Concha personans, famam, quibus una conuenientibus, Aeterna scientiae & Eloquentiae fama significatur,



Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis,
primi Ducis Mediol.



Pro tumulo pone Italiam, pone arma, Ducisque,
Et mare, quod geminos mugit ad usque sinus.
Adde his barbariem conantem irrumpere frustra,
Et mercede emptas in fera bella manus.
Anguiger est summo sistens in culmine, dicat:
Quis parvis magnam me super imposuit?



Optimus ciuis.



*Dum in t'is patriam Thrasybulus vindicat armis,
 Dūnque simulates ponere qu' m'que iubet,
 Concors ordo omnis magni instar muneris, illi
 Palladia sertum frondis habere dedit.
 Cinge comā Thrasybule, geras hunc solus honorem,
 In magna nemo est emulus urbe tibi.*

Thrasybulus clarif. ciuis propter egregiū facinus, ab vni-
 uerso populo floribus certatim iactis cōspersus, & Mineruæ,
 olea est coronatus. Cuius agalmate optimus quisque ciuis,
 suæ Reipub. amantissimus, & qui ab omnibus ametur, & ho-
 noretur, dignissimus intelligi potest.






Strenuorum immortale nomen.




*Æacida tumulum Rhæteo in lutore cernis,
 Quem plerunque pedes visitat alba Thetis.
 Obtegitur semper viridi lapis hic amarantho,
 Quod nunquam herois sit moriturus honos.
 Hic Graiū murus, magni nex Hectoris. Haud plus
 Debet Maonide, quam sibi Maonides.*

Nullus unquā Heros tanto laudatus est præconio, quāto Græcus Achilles ab Homero est commēdatus, teste vel Alexandro rege laudatissimo. Ex quo nunquam est intermoritura illius fama, quæ designatur purpureo Amaranthi flore, nullis unquam hybernis rigoribus, coloris viuidi honorem deperdenti.



Nobiles & generosi.



*Aurea Caecripias necebat fibula vestes:
 Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
 Calceus Arcadico suberat cui lunula ritu,
 Gestatur patribus mullea Romulidis:
 Indigenas quod se adfererent: hac signa tulerunt
 Antiqua illustres nobilitate viri.*

Duodecim certamina Herculis.


Ἀλληγορικῶς.



Roboris invicti superat facundia laudes:
 Dicta Sophistarum laqueosque resolvit inanes.
 Non furor, aut rabies virtute potentior vlla est.
 Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit.
 Spernit avaritiam, nec rapto aut fœnore gaudet.
 Vincit, fœmineos spoliâtque insignibus actus.

Expurgat sordes, & cultum mentibus addit.
 Illicitos odit coitus, abigitque nocentes.
 Barbaries, ferit asque dat impia denique pœnam.
 Vnius virtus collectos dissipat hostes.
 Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris.
 Docta per ora virũ volat, & non interit vnquam.

Per Herculem Alexicacon (qui vir magnanimus, prudens,
 & eloquens fuisse perhibetur) intelligenda est coniuncta cum
 sapientia & virtute facundia, Ac per duodecim, quos exan-
 tassel dicitur labores, κατ' ἀλλανγορίαν ea sunt intelligenda,
 quæ Emblemata explicat.



In nothos.



*Herculeas spurij semper celebretis honores:
 Nam vestri princeps ordinis ille fuit.
 Nec prius esse Deus potuit, quam suggeret infans
 Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.*

Plerique spurij ex titere viri præstantissimi, quales prope-
 modum omnes Iouis filij, Romulus, & Iugurtha. At maximè
 inter cæteros Hercules, qui nunquam in diuorum numerum
 venire potuisset, nisi nouerca Iunonis dormientis lac exu-
 sisset. Quod quidem innuit Spurios haud temerè vnquã ad fru-
 gè peruenire posse, aut ad honores euehi, nisi pro legitimis
 habeantur, sicutque hæreditariæ sortis participes.


Imparilitas



*Ut sublime volans tenuem secat aëra falco,
 Ut pascuntur humi graculus, ar. ser, anas:
 Sic summū scandit super aethera Pindarus ingēs,
 Sic scit humi tantū serpere Bacchilydes.*

Pindarus nouem lyricorū princeps stylo sublimi scripsit.
 Bacchilides verò (alioqui dulcis Poëta) humili chara & ere.
 Quorum adinuicem collatione , Personarum imparilitas in
 eodem ordine agentium ostenditur: sub imagine auium di-
 uersarum, aut sublime volantium, aut humi gradientium.


In desciscentes.



*Quod sine egregios turpi maculaueris orsus,
In noxamque tuum verteris officium,
Fecisti, quod capra, sui multraria lactis
Cum ferit, & proprias calce profundit opes.*

Quemadmodum Capra sepe quam vbere distento mul-
tram impleuit, eandem pede illiso diffringit, totumque lac
collectum effundit. Sic plerique insigni aliquo opere susce-
pto, & feliciter incepto ac propemodum perfecto, ad extremum
peccant, notabili aliquo crimine quod egregia principia de-
honestat. Sicut fecere Tyberius & Nero, in suis imperiis, in
peius semper procedentes.

Aemulatio impar.



*Altiuolam miluus cemitatur degener harpam.
 Et praeda partem saepe cadentis habet.
 Mullum prosequitur qui spretas sanguis ab illo,
 Præteritâque avidus deuorat ore dapes.
 Sic mecû Oenocrates agit: et deserta studentum
 Vitur hoc lippo curia tanquam oculo.*

Scriptum videtur hoc Emblemata, in quẽpiam Doctorem legum interpretem, Antalciam, & autori Syndromon, cui auditores tantũ i. fuere quos Alciatus reliquisset. Illum autẽ *ὀνειρόπτην* id est, vinipotentem nomine ad rem confictio appellat. Vinolentiæ scilicet infimulans.

Albutij ad Alciatum, suadentis, vt de-
multibus Italicis se subducat, & in
Gallia profiteatur.



*Qua dedit hos fructus arbor, caelo aduena nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe prius:
Translatu facta est melior: quae noxia quondam
In patria, hic nobis dulcia poma gerit.
Fert folium lingua, fert poma simillima cordi,
Alciate hinc vitam degere disce iuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus:
Multum corde sapis, nec minus ore vales.*

P R I N C E P S.


Princeps subditorum incolumita-
tem procurans.



*Titani quoties conturbant aquora fratres,
Tum miseros nautas anchora iacta iuvat.
Hanc pius erga homines Delphin cōplectitur: imis
Tutius ut possit figier illa vadis.
Quàm decet hac memores gestare insignia Reges?
Anchora quod nautis, se populo esse suo?*



In Senatum boni Principis.
DIALOGISMVS.



*Effigies manibus trunca ante altaria diuūm
Hic resident: quarum lumine capta prior.
Signa Potestatis summa, Sanctique Senatus
Thebanis fuerunt ista reperta viris.
Cur resident? Quia mente graues decet esse quieta
Iuridicos: animo nec variare leui.
Cur sine sunt manibus? Capiant ne xenia: nec se
Pollicitis flecti muneribusve sinant.
Cecus at est princeps. quod solis auribus, absque
Affectu, constans iussa Senatus agit.*




Quod non capit Christus, rapit fiscus.



*Exprimit humentes, quas iam madefecerat ante
Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad summum fures: quos deinde coërcet,
Vertat ut in fiscum que male pariti sunt.*

Principes publicis functionibus, & fisci rationibus eos
præficere solent, quos acri ingenio solertes & proba natura
viros bonos existimant. At ii plerunque auri (quod acerua
tim tradant) splendore excæcati, naturã mutãt & regiam
gazam depeculantur, aut prouincias expilant.

Opulenti tyranni, paupertas
subiectorum.



*Humani quod splen est corporis, in populi re
Hoc Caesar fiscum dixerat esse suum.
Splene aucto, reliqui tabescunt corporis artus.
Fisco aucto, arguitur civica pauperies.*

Consiliarij Principum.



*Heroum genitos, & magnum fertur Achillem
 In stabulis Chiron erudisse suis.
 Semiferum doctorem, & semivirum centaurum,
 Assideat quisquis regibus, esse decet.
 Est fera, dum violat socios, dum proterit hostes:
 Estq; homo, dum simulat se populo esse piwm.*

Magistri & institutores æquitatis, aut publici boni præ-
 textu, occultè populi substantiam deuorant, quauis fera
 immaniores.

Principis clementia.



*Vesparum quòd nulla unquam Rex spicula figet:
 Quòdque alius duplo corpore maior erit.
 Arguet imperium clemens, moderat àq; regna,
 Sanctàque iudicibus credita iura bonis.*

Vesparum, seu potius apum Rex cæteris in suo genere,
 & maior & fortior, aculeum tamen & pungentē acriter, &
 venenatū non habet, vt cætera. Sic & bonus Princeps quan-
 to potentior, tantò clementior est, & minus nocens, qualem
 fuisse constat magnificum illum, & nūquam satis laudatum
 Iulium Cæsarem, Imperatorem clementissimum.

RESPUBLICA.

Salus publica.



*Phœbigena erectis Epidaurius insidet aris,
 Mutis, & immani conditur angue Deus.
 Accurrunt agri, veniātque salutifer orant:
 Annuit, atque ratas efficit ille preces.*

Aesculapij serpētis imagine figurata est salus publica. Quod quidem & verius, & conuenientius dici posset de Serpente æneo quem Moses in deserto appendit. Cuius aspectus liberabat à mortis periculo, eos qui ab inflammatis anguibus essent pre-morsi. Christum videlicet præfigurando in crucem sublaturum, eundemque verum animarum languentium Aesculapium.

Ære quandoque salutem redimendam.



*Et pedibus segnis, tumida & propendulus aluo,
Hac tamen insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit.
Atque abicit sese gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo disces non parcere rebus,
Et vitam ut redimas, hostibus era dare.*

Castoris exemplo, qui amputata genitalia (propter quæ se appeti intelligit) venatoribus ac canibus relinquit, ut reliquum corpus illæsum seruet. Admonemur in necessitatis periculo Naturæ aut Fortunæ bonis minimè parcendum esse, quibus carere possimus vita conseruata.

M O R S.

Cum laruis non luctandum.



*Aeacida moriens percussa cuspidis Hector,
 Qui toties hostās vicerat ante suos:
 Comprimere haud potuit vocē, insultantibus illis,
 Dum curru, & pedibus nectere vincla parant.
 Distrabite ut litium est: sic cassi luce leonis
 Conuellunt barbam vel timidi lepores.*

*Pusillanimum Natura est, fortibus victis insultare, quorū in
 robore ac virtute constantiū, solum aspectum reformidassent.*

De morte, & Amore.



Errabat socio Mors iuncta Cupidine. secum
 Mors pharetras, parvus tela gerebat Amor.
 Diuertere simul, simul una & nocte cubarunt,
 Cecus Amor, Mors hoc tempore caca fuit.
 Alter enim alterius male provida spicula supsit:
 Mors aurata, tenet ossea tela puer.
 Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse:
 Ecce amat, & capiti floreaserta parat.
 Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu,
 Desicio: iniiciunt & mihi fata manum.
 Parce puer, Mors signa tenens victricia parce.
 Fac ego amem: subeat fac Acheronta senex.

In formosam fato præreptam.



*Cur puerum Mors ausa dolis escarpere Amorem,
Tela tua ut iaceret, dum propria esse putat:*

Deploratio hæc est formosæ cuiusdam præopera morte extinctæ, ea ætate, qua amoris telo tactam potius fuisse oportuit, idque errore eodem, qui supra memoratus est.

In mortem præproperam.



Qui teneras forma allexit, torsitq; puellas,
 Pulchrior, & tota nobilis urbe puer,
 Occidit ante diem, nulli mage splendens (Arestis)
 Quam tibi, cui casto iunctus amore fuit.
 Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
 Astruis: & quernlis vocibus astra feris.
 Me sine abis dilecte? neque amplius ibimus una?
 Nec mecum in studiis ociagrata teres?
 Sed te terra teget, sed fati, Gorgonisoras
 Delphinésque tui signa dolenda dabunt.

Terminus.



*Quadratum infoditur firmissima tessera saxum.
 Stat cirrata super pectore imago tenus,
 Et sese nulli profueretur cedere, talis
 Terminus est, homines qui scopus unus agit.
 Est immota dies, prefixaque tempora fati,
 Deque ferunt primis ultima iudicium.*

Nulli cedit Terminus.

Opulenti hæredita.



*Patroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis,
 Hinc socij, atque omnis turba Pelasga vetæ.
 Obtinet exuias Hæctor, Græciq; cadaver.
 Hæc fabella agitur, cum vir optimus obit.
 Maxima rixa oritur, tandè sed transigit heres,
 Et cornis aliquid, vulturiisque sinit.*

Diuitis mortui, & falsis fortunæ bonis (quæ sua non erant)
 instructi, Hæres spolum successionis inuadit. Partem litiga-
 tores sibi arripiunt. Sacerdotes Cadaver, & funeris impêsas
 habent.



AMICITIA.

Amicitia etiam post mortem durans.



*Arentem senio, nudam quoque frondibus ulmum
Complexa est viridi vitis opaca coma.
Agnoscitque vices natura: et grata parenti
Officij reddit mutua iura suo:
Exemploque monet, tales nos querere amicos,
Quos neque disiungat foedere summa dies.*



Mutuam auxilium.



*Levipedem sublatum humeris fert lumine captus:
Ei socij hae oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors sic praestat uterque.
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.*

Natura (quae nihil aliud est quam Dei providentia) vni tribuit quod alteri ademit, ad hoc scilicet, ut homines hominum auxilio egentes, congregarentur, & conueniret in familias, pagos, vrbes, ciuitates & regna, ut homo animal est sociabile.




Auxilium nunquàm deficiens.



*Bina pericla vnis effugi sedulus armis,
 Cùm premerèrque solo, cùm premerèrque salo.
 Incolumem ex acie clypeus me præstitit. idem
 Naufragum apprensus littora adusque tulit.*

Scutum bellicum olim tantæ amplitudinis erat, vt totum hominem tegeret, & à telis omni ex parte defenderet. Ad hæc conuexa eius parte, corpus sustentante flumen tranari posset. Vt fecit Alexander, alioqui nandi imperitus. Cuius quidem scuti militaris imagine: verus designatur amicus, nusquam in quocunque periculo deficiens, & in omni rerum discrimine auxiliator.

Gratiæ.



*Tres Charites Veneri assistunt, dominamq; sequuntur,
 Hincque voluptates, atque alimenta parant.
 Letitiam Euphrosyne, speciosum Aglaja nitorem,
 Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.
 Cur nuda? mentis quoniam candore venustas
 Constat, & eximia simplicitate placet.*

BIBLIOTHECA UNIVER.
 SEVILLÆ

*An quia nil referunt ingrati: atq; arcula inanis,
 Est charitum? qui dat munera, nudus eget.
 Addita cur nuper pedibus alaria? bis dat
 Qui citò dat, minimi gratia tarda pretij est.
 Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratus
 Exnerat. huic remanent una abeunte dua.
 Iuppiter vs genitor, coeli de semine diuas
 Omnibus acceptas edidit Eurynome.*

Lætitia, Pulchritudo, & Suauiloquentia, tres sunt Gra-
 tiaz, neminem non ad sui amorem allicientes, quas nudas
 esse oportet citra simulationem, promptas & celeres, ad
 obsequium, mutuo amore, ac benigna liberalitate coniun-
 ctas, ex bonis ingeniis ortas, & denique omnibus gratas.



HOSTILITAS.

In detractores.



*Audent flagriferi matula, stupidi que magistri
 Bilem in me impuri pectoris euomere:
 Quid faciã: reddã mne vices? sed nõnne cicadam
 Ala una obstreperam corripuisse ferar?
 Quid prodest muscas operosis pellerè flabris?
 Negligere est satius, perdere quod nequeas.*

Inanis impetus.




*Lunarem noctu (ut speculū) canis inspicit orbē:
 Séque videns, alium credit inesse canem,
 Et latrat: sed frustra, agitur vox irrita ventis,
 Et peragit cursus surda Diana suos.*

Vt frustra canes lunæ allatrant, quæ mordere non possunt. Sic oblocutores, invidi ut canes in cassum magno alicui & excelso viro detrahūt, cui nihil malefacere queant, & quorum maledicta ipse haud audire dignatus, suarum virtutum cursum prosequitur.

Aliquid mali propter vicinum malum.

Προσηποποιία.



*Raptabat torrens ollas, quarum una metallo,
 Altera erat siguli terrea facta manu.
 Hanc igitur rogat illa: velit sibi proxima ferri:
 Iuncta ut precipites utraque sistat aquas.
 Cui lutea. Haud nobis tua sunt commercia cura,
 Ne mihi proximitas hac mala multa ferat.
 Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda:
 Ipsa egote fragilis sospite sola terar.*

In eum qui truculentia suorum perierit.

PROSOPOPEIA.



*Delphinem inuitum me in littora compulit aestus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
Nam si nec propriis Neptunus parcat alumnis,
Quis tutos homines nauibus esse putet?*

Si à nostris prodimur, quibus fidendum.



Εχθρῶν ἀδῶρα δῶρα, In dona hostium.



Bellorum cepisse ferunt monumenta vicissim
 Scutiferum Aiacem, Hectoraque Iliacum,
 Balthea Priamides, rigidum Thelamonius ensem,
 Instrumenta sua cepit uterque necis.
 Ersis enim Aiacem confecit, at Hectora functum
 Traxere Aemoniis cingula nexa rotis.
 Sic titulo obsequij, qua mittunt hostibus hostes
 Munera, venturi praescia fata ferunt.

A minimis quoque timendum.



*Bella gerit Scarabeus, & hostem provocat ultro,
 Robore & inferior, consilio superat.
 Nam plumis aquila clam se neque cognitus abdit,
 Hostilem ut nidum summa per astra petat.
 Quaque confodiens, prohibet spem crescere prolis.
 Hocque modo illatum dedecus ultus abit.*

Nullus est parvus inimicus.

Obnoxia infirmitas.



*Pisciculos orata rapit medio aequore sardas,
 Ni fugiant panida, summa marisq; petant.
 Ast ibi sunt mergis fulicisq; voracibus esca.
 Eheu intuta manens undique debilitas.*

Vel post mortem formidolosi.



*Cetera mutescent, coriūmque silebit ouillum,
 Si confecta lupi tympana pelle sonent.
 Hanc mēbrana ouium sic exhorrescit, vel hostem,
 Exanimis quamuis non ferat exanimem.
 Sic cute detracta Gischas, in tympana versus,
 Bohemos potuit vincere pontifices.*

VINDICTA.

Iusta vindicta.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
 Hac secum teneras concinit inter oues.
 Pascite vos herbas: sociis ego pascar Achivis,
 Postremumque Utin viscera nostra ferent.
 Audit hac Itachus, Cyclopâque lumine cassum
 Reddidit. En pœnas ut suis author habet?

luta vitio.



*Raptabat volucres captū pede coruus in auras
 Scorpion, audaci premiā parta gula.
 Ast ille infuso sensim per membra veneno,
 Raptorem in stygias compulit vltor aquas.
 O risu res digna. aliis qui fata parabat,
 Ipse perii: propriis succubuit que dolis.*

Cū malus in malū, aut in peiorē quid molitur, seipsum
 perdit, vt cum gladiator in homicidā incidit, fur in latro-
 nē, lusor in aleatorē, falsarius in veneficū, fœnerator in au-
 ctionatorē, aut transfugā, Callidus, in versipellem, impo-
 stor in Planum. Coruus quidem malus est. At scorpūs no-
 centior, qui cauda venenata interimit.




Parem delinquentis, & suaforis culpā esse.



*Praconem lituo perflantem classica, victrix
 Captivum in terro carcere turba tenet.
 Quē ille excusat: quod nec sit strenuus armis,
 Ullius aut saevo laeserit ense latus.
 Huic illi: Quin ipse magis timidiſſime peccas,
 Quī clangore alios aris in arma cies.*

Idipſam eſt quod in iure legitur. Qui per alios facit, per ſeipſum facere videtur. Proinde crimine in omni, agens & inſtigans, eodem genere ſupplicij ſunt puniendi.



Alius peccat, alius plectitur.



*Arripit ut lapidem catulus, morsuq; fatigat,
Nec percussori mutua damna facit.
Sic plerique sinunt veros elabier hosteis,
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.*

Maligno crudelisque animo homines, eos abs quibus malè accipiuntur reformidant, neque cum illis congrèdi audent. At dolorem suum vlciscuntur in infirmos, & innoxios, abs quibus minimè sunt læsi. Nam (vt ait Suetonius & cõfirmat Comminius) Crudeles homines ferè sunt formidolosi, in supplices læui, in audaces timidi.






Insani gladius.



*Setigeri medius stabat gregis ensifer Ajax,
Cede suum, credens cadere Tantalidas.
Hostia sic tanquam sus succedanea poenas
Pro Laërtiade pro caueaque dabat.
Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab ictu,
Consilii que impos in sua damna ruit.*

Furore & ira (quæ temporaria est mania) perciti, sibi
ipsis, plus quam hostibus nocent.



P A X.



*Turrigeris humeris, densis quoq; barruseburni,
 Qui superare ferox Martia bella solet,
 Suppositi nunc colla iugo. stimulisque subactus,
 Casareos currus ad pia templa vehit.
 Vel fera cognoscit concordes undique gentes.
 Proiectisq; armis munia pacis obit.*

Caesar triumphans in Capitolium ascendit, cum Elephatis
 quadraginta, senos lychmichos gestantibus flammantes, &
 odoratos, in signu pacis, bello partæ. Elephas naque robo-
 re, ac dexteritate præstas animal fuit bellicu. Docili autem
 mansuetudine, triumphale animal, & pacificum.

Ex bello Pax.



*Engalea, intrepidus quam miles gesserat: & qua
 Sapius hostili sparsa cruore fuit.
 Parta pace apibus tenuis concessit in usum
 Alueoli: atque favos gratæque mella gerit.
 Arma procul iaceant, fas sit tunc sumere bellum:
 Quando aliter pacis non potes arte frui.*

Res eadē diuersis vsibus potest accōmodari. Nam vt gla-
 dius pacem, & iustitiam, sui formidine tuctur. Sic iniuriam, &
 bellum, audacia & confidētia parit. Proinde interdū necessa-
 rium est bellum, vt inde Pax sequatur. Quod indicat in icone
 galea, quę bellorum tumultibus caput armat. Pacis tempori-
 bus, Aluearij vsum præstat apibus.

Ex pace vbertas.



*Grandibus ex spicis tenues contexe corollas,
 Quas circum alterno palmitate vitis eat.
 His cōpta Halciones tranquilli in marmoris vnda
 Nidificant, pullos involucrēsque fouent.
 Latus erit Cereri, Baccho quoq; fertilis annus,
 Equorei si rex alitis instar erit.*

Princeps optimus tutis locis, & cibi & potus copia instru-
 etis, sibi subiectos homines fouet: tutissima est regni eius, &
 seculi quo viuit tranquillitas.

Doctos doctis obloqui nefas esse.



Quid rapis heu Progne vocalem sana Cicadam,
 Pignorbúque tuis fercula dira paras?
 Stridula stridentem, vernam verna, hospita ledis
 Hospitam, & aligeram penniger ales auem?
 Ergo abice hanc prædam. nam musica pectora
 summum est
 Alterum ab alterius dente perire nefas.

Eloquentia Fortitudine praestantior.



*Arcum leua tenet: rigidam fert dextera clauam,
 Contegit & Nemees corpora nuda leo.
 Herculis haec igitur facies. non conuenit illud
 Quod vetus & senis tempora cana gerit,
 Quid quod lingua illi leuibus traiecit catenis,
 Quae fissa facileis allicit aure viros?
 Anne quod Alciden lingua non robore Galli
 Praestantem, populis iura dedisse ferunt?
 Cedunt arma ioga, & quamuis durissima corda
 Eloquio pollens ad sua vota trahit.*

Facundia difficilis.



*Antidotum Eæ medicata in pocula Circes
Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.
Moly vocant, id vix radice euellitur atra,
Purpureus: sed flos, lactis & instar habet.
Eloqui candor facundiæque allicit omnes:
Sed multi res est tanta laboris opus.*

Per Homericum Moly, herbam radice nigra, flore candido, & purpureo, quod inuentu perdifficile est: Eloquentia venit intelligenda, à principio quidem obscura, mox florens, perspicua & honorata. Inuentu tamé difficilis, nisi felicibus ingeniis, sed quæ omnem superat maliciam, & ipsam habenti, gratiam conciliat.

Antiquissima quæque commentitia.

A P O L O G E S I S .




*Pellenæ senex, cui forma est histrica, Proteu,
 Qui modo membra viri fers, modò membra feri.
 Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,
 Nulla sit ut vario certâ figura tibi?
 Signa vetustatis, primæni & præfero seclis:
 De quo quisque suo somniat arbitrio.*

Insignia Poëtarum.



*Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,
 Sunt quibus aut Serpens, aut Leo signa ferūt.
 Dira sed hac Vatum fugiant animalia ceras,
 Doctaque sustineat steinmata pulcher Olor.
 Hic Phœbo sacer, & nostra regionis alumnus:
 Rex olim, veteres servat adhuc titulos.*

MUSICAM DIJS CURÆ ESSE.




Locrensis posuit tibi Delphice Phœbe cicadam
 Eunomus hanc, palma signa decora sua.
 Certabat plectro Sparthyn commissis in hostem,
 Et percussa sonum pollice fila dabant.
 Tritz fides rauco coepit cum stridere bombo,
 Legitimum harmonies & vitiare melos,
 Tum Cithara argutans suavis sese intulit ales,
 Quæ fractam impleret voce cicada fidem.
 Quæq; allicta, soni ad legem descendit ab altis
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.
 Ergo tuæ ut firmus stet honos (ô sancte) cicada,
 Pro cithara hic fidicen anens ipse sedet.

Litera occidit, spiritus viuificat.



*Vipereos Cadmus dentes ut credidit aruis,
 Scuit & Acnio semina dira solo:
 Terrigenum clypeata cohors exorta virorum est,
 Hostili inter se qui cecidère manu.
 Euasere quibus monitu Tritonides armis
 Abiectis data pax, dextrâque iuncta fuit.
 Frimus Agenorides elemēta, notâsque magistris
 Tradidit, us suauem iunxit & harmoniam.
 Quorum discipulos contraria plurima vexant,
 Non nisi Palladia que dirimuntur ope.*

Dicta septem sapientum.



*Hac habeas: septem Sapientum effingere dicta,
 Atque ea picturis qui celebrare velis.
 Optimus in rebus modus est (Cleobulus ut inquit)
 Hac trutinæ examen, siue libella docet.
 Noscere se Chilon Spartanus quemque iubebat.
 Hoc specula in manibus, utraq; sumpta dabūt.
 Quod Periander ait, fræna adde Corinthius ira:
 Pulegium admotum, naribus efficiet.*

*Pittacus at ne quid (dixit) nimis. hac eadem aiunt,
 Contractio qui gith ore liquefaciunt.
 Respexisse Selon finem inbet. ultimus agris,
 Terminus, haud magno cesserit ipse Ioui.
 Heu quam vera Bias, Est copia magna malorum:
 Musmoni insideat effice Sardus eques.
 Ne praesto (Thales dixit) sic illita visco
 In laqueos sociam parra, meropsq; trahit.*

Hæc sunt Apophthegmata, memorabilisque sententiæ septem
 virorum, qui in Græcia sapientes sunt habiti, earumque rerum
 imagines per quas figurari possunt: Cleobuli Statera mediocri-
 tatem significat: Chilonis speculum, sui ipsius cognitionem. Pu-
 legium Periandri iræ moderationem. Pulegium nanque per in-
 feriora bilem purgat, naribus ad motum lipothymiz medetur.
 Gith Pittaci luxum prohibet. Est etenim Gith semen minutum,
 quod modicè cibus admixtum dat saporis gratiam: nimium ve-
 rò necat, aut conuellit. Solonis terminus (cuius ante facta est de-
 scriptio) admonet, considerandum esse in omnibus finem, maxi-
 mè mortis. Sardus eques in Musmone Biantis nota. Malorù mul-
 titudinem signat. Sarda enim gens mala malè audit. At Musmon
 Mulus est è Corfica, non maior capra, cæterum iniquæ mentis
 bestia. Vtriusque autem magna est copia. Denique Merops illa-
 queata, quæ cæteras in retia allestat, Thaletis nota dehortatur
 sponsonem facere. Nam qui vel corpore, vel bonis pro alio spon-
 sor est & se vadem constituit, libertatem sui in seruitutem, & pe-
 riculum adducit.

I G N O R A N T I A.

Submouendam ignorantiam. Διχλογόμος.



Quod monstrū id? Sphinx est. Cur candida virgini
 Et volucrium pennas, cur alconis habet? (or.
 Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
 Scilicet est triplex causa & origo mali.
 Sunt quos ingenū leue. sunt quos blanda voluptas,
 Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
 At quibus est notum, quid Delphica litora possit:
 Precipitis monstri guttura dira secant.
 Namq; viripse, bipesq; tripesq; & quadrupes idem
 Pr. mag; prudentis laurea, nosse virum. (esi

Mentem, non formam plus pollere.



*Ingressa vulpes in Choragi pergulam,
Fabrè expositum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, ut spiritus
Solùm deesset, ceteris vini sceret.
Id illa cùm sumpsisset in manus, ait:
Hoc quale caput est! sed cerebrum non habet.*

Vulpis huius (quæ versutum hominem signat) Apophthegma, in multos torqueri potest: qui faciem quidem hominis extrà, præ se ferentes, intus sensu, & ratione sunt vacui.



LIVUS MURATUS.



*Tranat aquas residens precioso in vellere Phrixus
 Et flauam impavidus per mare scandit ouem.
 Ecquid id est? vir sensu hebeti, sed diuite gaza,
 Coniugis aut serui quem regit arbitrium.*

Hellespontum Phrixus puer traiecit, in ariete aureo obequitans: quem fessor pro arbitrio dirigit. Arietis autem simplicissima est, & stolidissima pecus, bono tamen corporis habitu, & conferto lanæ mollis tegumēto. Aurum diuitias. Puer, aut seruitutem aut iuuenilem significat ætatem. Quare Phrixus aurei velleris ariete, Pontum transuectus, aut vxor est, aut seruus, aut Puffio virum, aut Dominum, diuitem quidem, sed stolidum pro arbitrio quocumque velit transferens.

M A T R I M O N I V M .

In fidem vxoriam.



Ecce puella, viro qua dextra iungitur. Ecce
 Ut sedet: ut catulus lusat ante pedes?
 Hac fidei est species: Veneris quam si educat ardor,
 Malorum in laua non male ramus erit.
 Poma etenim Veneris sunt, sic Schenëida vicit
 Hippomenes. petijt sic Galatea virum.

Reuerentiam in matrimonio requiri.



*Cum furit in Venerem, pelagi se in littore sistit
 Vipera: & ab stomacho dira venena vomit.
 Murænamque ciens, ingentia sibila tollit,
 At subito amplexus appetit illa viri.
 Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx
 Alternum debet coniugi & obsequium.*

Prudentis serpentis exemplum, qui cum Muræna congressurus prius venenum euomit, ea vero sibilo euocanti paret, & ad eum mox adnatat. Sic & conjugatos oportet cum Amoris conubialis reuerentia mutua conuenire, & coire: omni prius affectu malo ex animis erecto & simul cum vestimentis deposito.

In fecunditatem sibi ipsi damnosam.



*Ludibrium pueris lapides iacentibus hoc me
In trivio posuit rustica cura nucem:
Qua laceris ramis perstrictoque ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili posset contingere turpius? cheu,
Infelix: fructus in mea damna fero.*

Liberorum generatio naturalis quidē est lætitia, verūm pernicioſa, & peritenda: quoties parentū ruinæ, infamiz, aut mortis ſunt in caaſa. Quemadmodum nucis fructus in caaſa eſt, ut arbor, de qua productus eſt, ſaxis ſudibūſque petatur, ramique eius diffringantur.

Amor filiorum.



*Ante diem vernam boreali cana palumbes
 Frigore nidificat, praeoqua & ova fouet:
 Mollius & pulli ut iaceant, sibi vellicat alas,
 Quas nuda hyberno deficit ipsa gelu.
 Ecquid Colchi pudet, vel reprogne improba? mortē
 Cum volucris propriae prolis amore subit?*

Palumbis quae exclusorū in hyeme pullorū gratia fouendo-
 rum seipsam deplumat & alget: exēplum matribus est pietatis,
 opprobrium verō illis, quae suos infantulos aut incuria perire
 sinunt, aut etiam necant, ut Progne, & Medea.

Pietas filiorum in parentes.




*Per medios hosteis patria, cum ferret ab igne
 Aeneas humeris dulce parentis onus.
 Parcite (dicebat) vobis sene adorea raptio
 Nulla erit: erepto sed patre summa mihi.*

Magna certè gloria est filio, ei vitam aut restituere, aut
 tueri abs quo vitam acceperit, nempe parenti. Quod lauda-
 bilissimum Aeneæ factum celebratur.

BIBLIOTHECA


Mulieris famam, non formam, vulga-
tam esse oportere.

DIALOGISMVS.




*Alma Venus, qua nã hæc facies, quid denotat illa
Testudo, molli quam pede Dina premis?
Mæsic effinxit Phidias, sexumq; referri
Fœmineum, nostra iussit ab effigie.
Quodq; manere domi, & tacitas decet esse puella
Suppesuit pedibus talia signa meis.*

In pudoris statuam.




Penelope desponsa sequi cupiebat Ulysssem,
 Ni secum Icarus mallet habere pater.
 Ille libae hic offert Sparten maret anxia virgo
 Hinc pater, inde viri mutuus urget amor.
 Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos.
 Ista verecundi signa pudoris erant.
 Quas sibi prelatum Icarus cognovit Ulysssem,
 Hocq; pudori aram schemate constituit.

Nupta contagioso.



Di meliora pijs (Mezenti) cur agesic me
 Compellas? emptius quod tibi dote gener,
 Gallica, quem scabies dira & mentagra perurit:
 Hoc est quidnam aliud (dic mihi sane pater)
 Corpora corporibus, quam iungere mortua vivis,
 Efferaq; Etrusci facta novare ducis?

CYPRESSVS.



*Indicat effigies meta, noménque Cupressi
Tractandos parili conditione suos.*

A L I V D.


*Funesta est arbor, procerū monumenta Cupressus
Quale Apium plebis, comere fronde solet.*

A L I V D.

*Pulchra coma est, pulchro digesta q̄ ordine frōdes
Sed fructus nullos hac coma pulchra gerit.*



QVERCVS.



*Grata Jovi est quercus, qui nos servatq; fovetq;
 Servanti circum querna corona datur.*

ALIVD.

*Glande aluit veteres, sola nunc proficit umbra,
 Sic quoque sic arbor officiosa Jovis.*

Indicat Dei beneficentiam eiusmodi esse, ut percepto, con-
 sumptoque eius fructu umbra etiam, & memoria usum ali-
 quem praestet, ut Moysi, & Prophetarum scripta Euange-
 lium adumbrarunt.


SALIX.



*Quod frugis perdam salicem vocitarit Homerus,
Chloris homines moribus adsimilat.*

Homerus Poëtarum maximus, Salicem proprio epitheto frugis perdam dixit, quod fructum nullum proferat, & in aquis, aut propter aquas proveniat. Per hoc significans hydropotas abstemios parum frugiferos esse, aut corpore aut animo. Tum maximè quod salicis semen calorem naturalem extinguere, & vim generandi perimere dicatur.


ABIES.



*Apta fretis abies in montibus editur altis:
Est & in aduersis maxima comoditas.*




P I C E A .



*At picea emittat nullos quæd stirpe stolones:
Illius est index, qui sine prole perit.*

Picea ab radice ad summum nullos de trunco stolones
producit, hominem significans, qui sine liberis decedit.

COTONEA.



*Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
 Dicitur antiquus constituisse Solon.
 Grata ori & stomacho cum sint, ut & halitus illis
 Sit suavis, blandus manet & ore lepos.*

*Cydonia mala cor reficiunt, suauem halitum ori & spirant,
 quæ olim neogamis pro munere oblata de more, admonebāt,
 ut erga cōiugem, mundo corde, puris affectibus, ore odorato,
 pudicâque verba, & honestos sermones spiranti forent.*

men


HEDERA.



Haud quaquàm arescens hederæ est arbuscula, Cisso
 Quæ puero Bacchem dona dedisse ferunt:
 Errabunda, procax, auratis fulva corymbis,
 Exterius viridis, cætera palior habet.
 Hinc aptis vates cingunt sua tempora fertis:
 Palescunt studiis, laus diuturna vires.



I L E X.




*Duritiae nimia quod sese rumberet ilex,
Symbola civilis seditionis habet.*

Seditiosi populares durissimæ cervicis, cum vnâ contineri,
& concordēs conuenire non possint, ob rigidiorē, & nimis
peruicacem naturam ab inuicem separantur, locūque dant
manui Potestatis, quæ in eos irrumpens disgregat, disperdit,
& vlticibus supplicii ad nihilum redigit.




AMYGDALVS.



*Cur properans folijs præmittis amygdale flores?
Odi pupillos præcocis ingenij.*

*Amygdalus omnium prima floret, & facillimè perit.
Sic & præcox ingenium (vt ait Fabius) haud temerè vn-
quam peruenit ad frugem.*

BUXUS.



*Perpetuò viridis, crispèq; cacumine buxus,
 Unde est disparit us pistula facta modis,
 Delitit apta est teneris, & amantibus arbor.
 Talior inest illi, palles & omnis amans.*

Buxus in foliis perenni est virore, in ligno autem exangu
 pallore, quo tacta tibiæ excavantur harmonice ad amatori
 carmina, suaviter personanda. Sic & amatores vivaci amori
 colore, & iuvenili vigore virèt, biliosis ancedibus suffusus palles
 scunt. Voce autem & sermone sunt blando, ac suave loquenti.

MORVS.



*Serior et Morus nunquam nisi frigore lapsō
Germinat: & sapiens nemina falsa gerit.*

Non nisi hyeme præterita Morus germinat extra hybemi
rigoris, & gelu periculum. Sic & vir sapiens nullo in negotio
præpropere festinat ante tēpus: nec quicquam periculatur,
sed tuto rem agit. Quare hæc arbor Græco nomine $\mu\omicron\sigma\upsilon$ &
dicta videtur $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\alpha\sigma\iota\upsilon\omicron\varsigma$; $\mu\omicron\sigma\upsilon$ enim Græcè, stultus
est Latine. At contra sapiens videtur, quæ florem, & fructum
ab hyemis iniuria præseruat.

MALVS MEDICA.



*Aurea sunt Veneris poma hec: incūdus amator
Indicat, est Græcis sic γλυκύνιας & amor.*

*Citrus mala fert aureo colore, austero cum dolci sa-
po- re, & amaro cortice. Talis & est affectus Amoris, cuius
Dea est Venus, aureo ob id malo à Paride donata.*

LAVRVS.




*Præscia venturi laurus fert signa salutis.
Subdita puluillo somnia vera facit.*

A L I V D.

*Debetur Carolo superatis laurea Pœnis
Victrices ornent taliaserta comas.*

POPVLVS ALBA.



*Herculeos crines bicolor quod populus ornet,
 Temporis alternat. noxque, diesque vices.*





INDEX EMBLEMATVM

IN LOCOS COMMVNES

DIGESTORVM.

<i>EMBL. DEDIC.</i>			
Ad illustrissimum Maximilianum &c.	7	Prudentes	24
Mediolanum	8	Prudens, magis quam loquax	25
Nunquam procrastinandum.	9	Maturandum	26
<i>Deus sine religio.</i>		In deprehensum	27
In Deo latandum	10	Custodiendas virgines	28
Sapientia humana, stultitia est apud Deum	11	Vino prudentiam augeri	29
Ficta Religio	12	Prudentes vino abstinent	30
Non tibi, sed religioni	13	In statuam Bacchi	31
Qua Diij vocant, eundem	14	Gramen	33
<i>VIRTUTES.</i>		<i>Iustitia.</i>	
<i>Fides.</i>		Nec verbo, nec facto quenquam laedendum	34
Fidei Symbolum	15	Tandem, tandem Iustitia obtinet	35
Fœdera	16	Etiam ferocissimos domari	36
Silentium	17	Gratiam referendam	37
Non vulganda consilia	18	Abstinentia	38
Nec quæstioni quidem cedendum	19	Bonis à diuitibus nihil timendum	39
<i>Prudentia.</i>		<i>Fortitudo.</i>	
Consilio, ac virtute Chimæram superari: id est, fortiores, & deceptores	20	Signa fortium	40
Vigilantia, & custodia	21	Ἀνέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι	41
Νῆφε καὶ μέμνησ ἀπιζῆν ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν	22	In adulari nescientes	42
ἢ παρέβην? Τί ἢ ἔρεξα? Τίμοι δέουσ ἐκτελεῖσθαι	23	Obdurandum aduersus vrgentia	43
		Omnia mea mecum porto	44
		<i>Concordia.</i>	
		Concordiæ Symbolum	45
		Concordia	46

Concordia insuperabilis	47	Impudentia	76
Vnum nihil, duos plurimū posse		Philautia	77
48		Garrulitas	78
Firmissima cōuelli non posse	49	<i>Inuidia.</i>	
<i>Spes.</i>		Inuidia	79
Spes proxima	50	<i>Luxuria.</i>	
In simulachrum Spei	51	Luxuria	80
In dies meliora	53	Luxuriosum opes	81
Illicitum non sperandum.	54	Tumulus Meretricis	82
<i>Pudicitia.</i>	55	In amatores Meretricum	83
<i>V I T I A.</i>		Cauendum à Meretricibus	84
<i>Perfidia.</i>		Amuletum Veneris	85
In Victoriā dolo partam	56	Inviolabiles telo Cupidinis	86
In fraudulentos	57	Lasciua	87
Dolus in suos	58	<i>Desidia.</i>	
Maledicentia	59	Desidia	88
In receptatores sicariorum	60	Desidiam abiiciendam	89
In adultores	61	In faciliē à Virtute desciscentes	90
Ei, qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere	62	Ignauī	91
<i>Stultitia.</i>		<i>Auaritia.</i>	
Temeritas	63	Auaritia	92
Furor, & rabies	64	In auaros	93
In temerarios	65	In Aulicos	94
In eos qui supra vires quicquam audent	66	In Sordidos	95
Impossibile	67	In diuites publico malo	96
Cuculi	68	In auaros, Vel quibus melior cōditio ab extraneis offertur	97
Vespertilio	69	<i>Gula.</i>	
Aliud	70	Gula	98
Ira	71	Oeni effigies	99
In eum, qui sibi ipsi damnum apparat	72	In Parasitos	100
Fatuitas	73	Paruam culinā duobus ganeo-	
Obliuio paupertatis	74	nibus non sufficere	101
<i>Superbia.</i>		Captius ob gulam	102
Superbia	75	In Garrulum, & Gulosum	103
		Natura	104
			Doct

<i>Doctorem agnomina</i>	105
Vis Naturæ	106
Ars Naturam adiuuat	107
In Iuuentam	109
In quatuor tempora anni	109

Astrologia.

Scyphus Nestoris	110
Quæ supra nos, nihil ad nos	112
In astrologos	113
Qui alta contemplantur cadere	114

Amor

Potētissimus affectus Amor	115
Potentia amoris	116
Vis amoris	117
In studiosum amore captum	118
<i>Ἀρέτης</i> , id est, amor virtutis	119
<i>Ἀρέτης</i> . Amor Virtutis alium Cupidinem superans	120
Dulcia quædoq; amara fieri	121
Ferè simile, ex Theocrito	122
In statuam Amoris	123
In oblivionem patriæ	125
Sirenes	126
Senex puellam amans	127
Colores	128

Fortuna.

Virtuti Fortuna comes	130
Fortuna Virtutem superans	131
Paupertatem summis ingeniis obesse, ne prouehantur	132
In Occasionem	133
In subitum terrorem	134
In illaudata laudantes	135
In momentaneam felicitatem	136
Ex damno alterius utilitas	137
Bonis auspiciis incipiendum	138

Nil reliqui	139
Malè parata, malè dilabuntur	140
Sæper præsto esse infortunia	141
Remedia in arduo, mala in pro- no esse	142

Honor.

Ex arduis perpetuū nomen	143
Ex literarum studis immortalita- tatem acquiri	144
Tumulus Ioannis Galeacij Vice- comitis, Primi Ducis Medio- lanensis	145
Optimus ciuis	146
Srenuorum immortale nomen	147
Nobiles, ac generosi	148
Duodecim certamina Herculis	149
In nothos	151
Imparilitas	152
In desciscentes	153
Aemulatio impar	154
Albutij ad D. Alciarum suaden- tis vt &c.	155

Princeps.

Princeps subditorum incolumi- tatem procurans	156
In Senatum boni Principis	157
Quod non capit Christus, rapit Fiscus	158
Opulētia tyrāni paupertas subie- ctorum	159
Consiliarij Principum	160
Principis clementia	161

Respublica.

Salus publica	162
Respublica liberata	163

Vita.

In vitam humanam	164
Ære quandoque salutem redimendam	165

Mors.

Cum Laruis non luctandum	166
De Morte, & Amore	167
In formosam fato præreptã	168
In mortem præproperam	169
Terminus	171
Opulenti hæreditas	171

Amicitia.

Amicitia etiam post mortem durans	172
Mutuuum auxilium	173
Auxilium nunquã deficiẽs	174
Gratiã	175

Hostilitas.

In detractores	177
Inanis impetus	178
Aliquid mali, propter vicinũ malum	179
In eum qui truculentia suorum perierit	180
Ἐξ ὀργῶν, ἀδωπα δλωπα. In dona hostium	181
Aminimis quoque timendũ	183
Obnoxia infirmitas	183
Vel post mortẽ formidolosi	184

Vindicta.

Iusta vindicta	185
Iusta ultio	186
Parem delinquentis, & suaforis culpam esse	187
Alius peccat, alius plectitur	188
Infani gladius	189

Pax.

Pax	190
Ex bello pax	191
Ex Pace vbertas	192

Scientia.

Doctos Doctis obloqui nefas esse	193
Eloquentia, fortitudine præstantior	194
Facundia difficilis	195
Antiquissima quæque commentitia	196
Insignia Poëtarum	197
Musicam Diis curæ esse	198
Litera occidit: Spiritus viuificat	199
Dicta septem sapientum	220

Ignorantia.

Submouẽdam ignorãtiam	202
Mentem, non formam plus pol- lere	203
Diues indoctus	204

Matrimonium.

In fidem vxoriam	205
Reuerentiam in matrimonio requiri	206
In fœcunditatem sibiipfi damnosam	207
Amor filiorum	208
Pietas filiorum in parentes	209
Multeris famam, non formam vulgatam esse oportere	210
In pudoris statũam	211
Nuptam contagioso	212

Arbores.

Cupressus	213
Aliud	ibidem
	Aliud

Aliud
Quercus
Aliud
Salix
Abies
Picea
Coronea
Hedera

ibidem	Ilex	22
214	Amygdalus	22
ibidem	Buxus	22
215	Morus	223
216	Malus medica	224
217	Laurus	225
218	Populus alba.	226
219		

FINIS.



